









8937. IV. L. a. 12.



W = 3000 2974

JO. ANT. SCOPOLI
CRYSTALLOGRAPHIA
H U N G A R I C A.
P A R S I.



JO. WIL. SCOTT

CRYSTALLOGRAPHY

HUNGARY

PART I.



ILLUSTRISSIMO
DOMINO DOMINO
JOANNI FRIDERICO
SACRI ROMANI IMPERII
LIBERO BARONI
ET
EQUITI
A
MEIDINGER
DOMINO
IN
MEIDINGEN ET LAUTERBACH,

S A C R A T I S S I M Æ

CÆSAREO - REGIÆ ET APOST. MAIESTATIS CONSILIARIO
AULICO ACTUALI, PLURIMARUM OFFICINARUM MONE-
TARIARUM CUM IMPERIALIUM, TUM S. R. I. PRINCI-
PUM OLIM PRÆSIDI ET DIRECTORI, NEC NON
ACADEMIÆ SCIENTIARUM BAVARICÆ
MONACHII SOCIO,

AMICO SUO OPTIMO

CRYSTALLOGRAPHIAM
SUAM HUNGARICAM

D. D. D.

JOANNES SCOPOLI.

P R Æ F A T I O.



Vix credo, in hoc orbe terrarum alias esse Fodinas, quæ majori omnis generis Cry-
stallorum copiâ abundant, ac Schemni-
censes Hungariæ inferioris; nulla enim in subterraneis
hisce viis, inprimis vero in venis metallicis reperitur
fissura, in qua non Crystallus aliqua, colore, magnitu-
dine, figura, situ aut structura ab aliis omnibus ante hac
detectis, diversa se prodat. Hinc Regni hujus incola
factus, & tam stupenda rerum varietate permotus, figu-
ratos hosce lapides, quotquot habere potui, sedulo
collegi, descripsi, examinavi & in ordines demum dispo-
sui. Hisce accesserunt dein alii in Fodinis adjacenti-



bus, nec non Cremnicensibus aliisque hungaricis a me pariter collectæ, vel ab amicis communicatæ.

En itaque primam Cryсталlographiæ hungaricæ partem exhibentem Cryсталlos indolis terreæ in tres ordines distributas, quorum primus calcarias, alter gypseas, tertius vero filiceas seu quarzofas complectitur. Descriptiones omnium breves sunt, ne nimia mole excrescat liber, cum & icones rariorum adsint, quæ cujusque Figuram exhibent, ut minutiora discrimina hinc innotescere & distingui queant.

Sunt tamen, eruntque & aliæ a me nondum visæ, nec unquam videndæ, cum multæ ab operariis harum rerum incuriis diffringantur, aliæ hinc migrent ab exteris anxie quæsitæ, aliæ vero occultæ jaceant eousque, donec aliquis majore pretio eas empturus advenerit. Paucas itaque collegi, neque has sine labore & sumptibus, quorum tamen non pœnitet, cum hac ipsa occasione licuerit structuram Fodinarum examinare, vena-

rum



rum metallicarum directionem, latitudinem & profunditatem contemplari, nec non plurimas ad Lapidum & Metallorum genefim pertinentes instituere obfervationes.

Hunc in finem plurima quoque Experimenta a me facta & in ANNO V. *Hift. nat.* litterario orbi communicata sunt, ut mea, quæ jubente AUGUSTA de origine Metallorum & Minerarum Auditoribus tradenda erat, sententia, non alienis, sed propriis obfervationibus inniteretur. Verumtamen, ut omnia a malevolis in malum sensum detorquentur, sic fuerunt aliqui, qui lectis illis, quæ de sulphure evulgavi, Experimentis, confestim dixerunt, me Alchemiæ operam dare, & Adeptorum turbæ esse adnumerandum. At Mineralogi officium ignorant, qui ita judicant, nec sciunt, muneris mei, quo fungor, eam esse rationem, ut raro una aliave hora superfit, qua propria tractare queam. Dicant Auditores mei, ac loquatur tota civitas, an umquam Adeptorum processibus elaborandis incubuerim, quin potius discipulos serio ac sæpe monuerim,



ne talia tractent, ac ullam unquam ineptiis hisce fidem adhibeant. Quod si ego ideo Alchemista sum, quod habitum Metallorum ad sulphur, ad acida, aliaque Fossilia examinaverim, erunt mecum & alii celebres quoque Viri, quos titulo hoc nullus donavit hactenus sanæ mentis. At quorsum hæc? — Quis malos reformabit? — Rodant itaque adversarii malevolo dente scripta mea, quousque volunt; mihi statutum est, ferre moderate, quidquid evenerit, cum conscius sim, me nemini unquam nocuisse, &, quoad licuerit, Reipublicæ litterariæ commodis, ac concredito muneri consuluisse.

Pascitur in vivis livor, post fata quiescit,

Tum suus ex merito quemque tuetur honos.

Dabam SCHEMNICII.

Pridie Calend. Januarii.

MDCCLXXIV.



CRYSTAL-

CRYSTALLOGRAPHIÆ
DIVISIO I.

Crystalli indolis terreæ.

DISTRIBUTIO I.

CALCARIÆ.

ORDO I. TUBEROSÆ.

A. Crystallis cubicis aut subcubicis.

* *Puræ.*

** *Heterogeneæ.*

*** *Refractariæ.*

B. Crystallis rhombeis.

a) — — *manifestis.*

* *Puræ.*

** *Heterogeneæ.*

b) *minus evidentibus.*

* *Puræ.*

** *Heterogeneæ.*

*** *Refractariæ.*

C. Superficie irregulari.

ORDO



ORDO II. FIBROSÆ.

A. Tuberosæ.

* *Superficie fibrosa; substantia spatosa.*

** Ubique fibrosæ.

a) *Fibris non articulatis.*

b) *Fibris articulatis.*

B. Fasciculatæ.

C. Sparsæ.

ORDO III. Turritæ.

A. Pyramide facta.

B. — — inani.

ORDO IV. LEPROSÆ.

A. Matrîci innatæ.

B. Matrîce destitutæ.

* *Tesseris factis.*

a) *Absque nitore metallico.*

b) *Nitore & colore metallico fulgidæ.*

** *Tesseris inanibus.*

*** *Amorphæ.*

ORDO V. SQUAMOSÆ.

ORDO VI. PELTATÆ.

ORDO



ORDO VII. LAMELLOSÆ.

ORDO VIII. RUGOSÆ.

ORDO IX. TUBULOSÆ.

ORDO X. ANOMALÆ.

DISTRIBUTIO II.

GYPSEÆ.

ORDO I. FIBROSÆ.

ORDO II. RHOMBEÆ.

ORDO III. LAMELLOSÆ.

ORDO IV. CRISTATÆ.

ORDO V. CUBICÆ.

ORDO VI. HEXAGONÆ.

ORDO VII. PRISMATICÆ.

DISTRIBUTIO III.

QUARZOSÆ.

ORDO I. LEGITIMÆ.

A. Simples.

* *Matrice destituta.*

** *Matrici infidentes.*



a) *Prismaticæ.*

b) *Clavata.*

c) *Pyramidales.*

d) *Ventricosæ.*

B. *Compositæ.*

* *Irregulares.*

** *Regulares.*

a) *Imbricatæ.*

b) *Echinatæ.*

ORDO II. SPURIAE.

A. *Crustaceæ.*

B. *Zoo - aut phythomorphæ.*



CRYSTAL.

CRYSTALLOGRAPHIÆ HUNGARICÆ.

P A R S I. CRYSTALLI TERREÆ.

DISTRIBUTIO I. C A L C A R I Æ.

IN ACIDIS PLUS MINUS SOLUBILES, EFFERVESCENTES.

O R D O I. T U B E R O S Æ.

Terra calcaria constituens massulas fessiles, solitarias aut confluentes, convexas, rotundatas, hemisphæricas; superficie ex crystallis coadunatis, plus minus evidentibus.

A. Crystallis cubicis aut subcubicis compositæ.

* *Puræ.* In acidis valde effervescentes, penitus solubiles, & solutionis tempore ad superficiem solventis fluidi elevatæ.

I. CRYSTALLUS calcaria tuberosa: tuberculis albis solitariis & confluentibus; superficie particulis cubicis lucidis granulata.

Tubera ex laminis spati. RICHTER. *Mus.* P. II. Sect. V. C. 2. G. 7.

Spatum calcarium & figuratum subglobosum album; superficie nitente. BORN. *Mus.* p. 9.

Germ. Knotiger Kalkkrystall, mit weißen einzelnen und zusammen fließenden Hökern, auch einer mit würflichten

würflichten glänzenden Theilchen gekörnten Oberfläche.

Habitat in P. S.

Nucleus obscurior, quandoque fusco-rufus insidet Crystallis Quarzi, nec non Crystallo calcariae leprosæ fusco-rufæ prædicto Quarzo hinc inde instratæ. Magnitudo Pisi, aut Nucis Coryli.

2. CRYSTALLUS calcaria tuberosa: tuberculis albis solitariis & confluentibus; superficie ex Crystallis subcubicis majoribus lucidis.

Spatum tuberculosum & squamosum: squamis splendentibus. SMIEDEL. *Fossile* P. I. T. I. huic proxima.

Germ. Knotiger Kalkkristall, mit weissen einzelnen und zusammen fließenden Hökern, auch einer aus fast würflichten grösseren glänzenden Kristallen, bestehenden Oberfläche.

Habitat in P. S.

Nucleus nullus. Spatum, cui insident tubercula, fusco-nigrum; superficie rugosa.

3. CRYSTALLUS calcaria tuberosa: tuberculis omnibus confluentibus; superficie ex cubicis exiguis nitidis.

Germ. Knotiger Kalkkristall, mit lauter zusammen fließenden Hökern, und einer aus kleinen glänzenden Würfeln bestehenden Oberfläche.

Habitat in P. S.

Tubercula pallide lutea, opaca; superficie murina, ex minimis particulis holoserici adinstar nitentibus.

4. CRYSTALLUS calcaria tuberosa: tuberculis solitariis & albis nec non flavescentibus ac fusco-ferrugineis confluentibus.

Germ.

P. S. Pacherstollen.

T. S. Theresiaschacht.

M. S. Michaelistollen.



Germ. Knotiger Kalkkrystall, mit einzelnen und weissen, nicht weniger mit gelblichten und braunrothen zusammen fliessenden Hökern.

Habitat in P. S.

In eodem specimine occurrunt tubercula 1) nivea, pififormia, superficie nitentia, 2) subluteo colore tineta, connata; superficie ex cubis majoribus & lucidioribus, 3) alia fusco-rufa ex cubis adhuc majoribus & adeo confluentibus, ut ad leprofarum Ordinem haud incommode referri possent.

5. CRYSTALLUS calcaria tuberosa: tubere albo incompleto; superficie foveis pentagonis flavescentibus scrobiculata.

Germ. Knotiger Kalkkrystall, mit einem weissen unvollkommenen Höker, und einer mit fünfeckigen gelblichten Gruben versehenen Oberfläche.

Habitat in P. S.

Tuberculum unum caeteris majus praedicto modo constructum est, alia vero minora pariter alba & connata constant particulis exiguis, subnitidis, cubicis; Nucleo flavo.

6. CRYSTALLUS calcaria tuberosa: tuberibus maximis, reniformibus connatis; superficie ex crystallis subcubicis evidentibus nitidis.

Germ. Knotiger Kalkkrystall, mit grossen nierenförmigen zusammen gewachsenen Hökern, und einer mit fast würflichten sichtbaren Krystallen glänzenden Oberfläche.

Habitat in P. S.

In hoc specimine tubercula grandia, confluentia insident Spato leproso rufo. Horum substantia interna ochraceo colore tineta, alia vero huic circumfusa alba est & opaca. Solus cortex constat crystallis praedictis insigni nitore fulgidis.

7. CRYSTALLUS calcaria tuberosa: tuberibus albidis; superficie ex cubis evidentibus lucidis, Sinopi pallida incrustatis.



Germ. Knotiger Kalkkrystall mit weißlichten Hökern, und einer aus sichtbaren glänzenden mit bleichem Sinopel überzogenen Würfeln bestehenden Oberfläche.

Habitat in P. S.

Tubercula pisiformia connata & undique testa subtili polline Sinopis in DISSERT. NOST. de *Sinopi hungarica* fusius descriptæ.

**** Heterogeneæ.** Prioribus similes, sed fragmento, dum solvitur, ad superficiem acidi liquoris minime elevato.

Tab. I.

Fig. 1.

8. CRYSTALLUS calcaria tuberosa excolôr solitaria sphaerica; superficie ex cubis evidentibus nitidis.

Germ. Knotiger ohngefärbter einzelner runder Kalkkrystall, mit einer aus sichtbaren glänzenden Würfeln bestehenden Oberfläche.

Habitat in P. S.

Color albus, ad glaucum vergens. Statura Pisi aut Globi plumbei mediocris. Insidet Crystallis Quarzi exiguis ac simili Spato capitatis.

***** Refractariæ.** Difficilius ac priores in acidis solubiles.

9. CRYSTALLUS calcaria tuberosa: tuberibus albis modice elevatis confluentibus; superficie ex cubis exiguis lucidis.

Germ. Knotiger Kalkkrystall, mit weißen etwas erhobenen zusammen fließenden Hökern, und einer aus kleinen glänzenden Würfeln bestehenden Oberfläche.

Habitat in T. S.

Crusta alba, Quarzo & Spato constans, elevat tubera prædicta, ex quibus undique prostant Crystalli quarzosa decumbentes, adscendentes & erectæ.

10. CRYSTALLUS calcaria tuberosa alba; superficie pallida glauca ex cubis lucidis.

Germ.



Germ. Knotiger weißer Kalkkristall, mit einer lichtblauen aus glänzenden Würfeln bestehenden Oberfläche.

Habitat in P. S.

Tubera confluentia insident alteri Spato pariter tuberoso & albo, sed minime lucido & opaco.

11. CRYSTALLUS calcaria tuberosa nivea opaca; superficie ex minimis granulis connatis lucidis.

Germ. Knotiger schneeweißer, undurchsichtiger Kalkkristall, mit einer aus sehr kleinen glänzenden zusammen gewachsenen Körnern bestehenden Oberfläche.

Habitat in P. S.

Primo est tuberculum parvum rotundatum nitens, cui dein crusta spatosa opaca concolor superinducitur, quæ sensim aucta efficit demum tubercula Pisi aut Nucis Coryli magnitudine, cum aliis proximis confluentia, quorum superficies minimis particulis subcubicis fulgida est.

12. CRYSTALLUS calcaria tuberosa: tubere corneo scabro, intra foveam pentagonam Spati albi nidulante. *Tab. I. Fig. 2.*

Germ. Knotiger Kalkkristall, mit einem hornfärbigen ungleichen Höker, der in einer fünfeckigen Grube eines andern weißen Spates vergraben liegt.

Habitat in T. S.

Spatum album tuberosum insidens alteri leproso, includebat Corpus aliud, quod diffracto involvente Spato, apparuit demum tuberculum Spato leproso prædicto concolor & cinctum Cortice efficiente foveam pentagonam. Superficies inclusi tuberis nitida & massulis spatosis undique scabra est.

13. CRYSTALLUS calcaria tuberosa: tubere pallide rufo; superficie ex cubis majoribus nitidis.

Germ. Knotiger Kalkkristall, mit einem bleichrothen Höker, und einer aus grösseren glänzenden Würfeln bestehenden Oberfläche.



Habitat in P. S.

Tubera hæc solitaria & confluentia, interne alba, extus vero undique exasperata; tesseriis cubicis lucidis pallide rufo colore tinctis.

14. CRYSTALLUS calcaria tuberosa: tuberibus rufis hemisphæricis invicem connatis; superficie granulata tesseriis cubicis subnitidis parvis.

Germ. Knotiger Kalkkrystall, mit rothen halbkugelförmigen zusammen gewachsenen Hökern, und einer mit würflichten etwas glänzenden kleinen Krystallen gekörnten Oberfläche.

Habitat in P. S.

Tubera hemisphærica, diametro etiam unciali, superficie vero prominentibus cuborum massulis undique exasperata. In meo specimine tubera bina invicem colligata sunt fibris nonnullis minime articulatis & in tres fasciculos collectis. Substantia hujus Spati albida est.

15. CRYSTALLUS calcaria tuberosa: tuberibus albidis flavedine aliqua tinctis; superficie ex cubis nitidis manifestis.

Germ. Knotiger Kalkkrystall, mit weißlichten etwas gelb gefärbten Hökern, und einer aus glänzenden sichtbaren Würfeln bestehenden Oberfläche.

Habitat in P. S.

Tubera quædam in crustam extensa ut in Spato leproso. Adparent etiam hinc inde rudimenta Fibrarum ex cubis composita.

16. CRYSTALLUS calcaria tuberosa: tuberibus hemisphæricis ex stratis concentricis corneis opacis.

Germ. Knotiger Kalkkrystall, mit halbkugelförmigen aus concentrischen hornfärbigen undurchsichtigen Lagen bestehenden Hökern.

Habitat in P. S.

Stratum externum griseum, sub quo Nucleus albidior. Superficies punctis minimis parum permicans. In eodem loco

loco sunt & tubercula minora, pallide lutescentia; superficie punctis majoribus nitida.

17. CRYSTALLUS calcaria tuberosa: tubere oblongo corticato: cortice albo subopaco; superficie massulis coadunatis lucidis granulata.

Germ. Knotiger Kalkkrystall, mit einem länglichten überzogenen Höker, dessen Rinde weiß etwas undurchsichtig, die Oberfläche aber mit glänzenden zusammen gewachsenen Körnern versehen ist.

Habitat in P. S.

Tubera magna, connata, reniformia; cortice cornei coloris insidente Quarzo pallide sinopico colore tincto.

18. CRYSTALLUS calcaria tuberosa: tuberibus albidis & fuscis incrustantibus Crystallos turritas trigonas fuscas.

Germ. Knotiger Kalkkrystall, mit weißlichten und braunen Hökern, die auf gethürmten dreyeckigen braunen Krystallen sitzen.

Habitat in P. S.

Substantia interna alba, superficies vero testaceo & fuscescente colore tincta.

19. CRYSTALLUS calcaria tuberosa: tuberibus connatis flavescentibus; superficie punctis prominulis subnitidis aspera.

Germ. Knotiger Kalkkrystall, mit zusammen gewachsenen gelblichten Hökern, und einer mit hervorragenden etwas glänzenden Punkten versehenen rauchen Oberfläche.

Habitat in P. S.

Magnitudo tuberum Piso non major, color extus rufus, intus albidus.

20. CRYSTALLUS calcaria tuberosa: tubere fusco interne pallide rufo, nec raro inani; cavitate fovente Nucleum seu tuberculum aliud pallide luteum.

Germ.



Germ. Knotiger Kalkkrystall, mit einem braunen inwendig bleichrothen, nicht selten leeren Höker, dessen Höhle einen andern bleichgelben Kern enthält.

Habitat in P. S.

Tubera magna, connata; cortice duas lineas crasso; Nucleo vero minus solido & flavescente. Spati hujus superficies ubique adspersa crystallis exiguis cubicis nitidis.

Tab. I.

Fig. 3.

Tab. I.

Fig. 4.

Var. 1. Cortice solido, castanei coloris.

2. Cortice striato, fordide luteo.

3. Cortice nigro.

21. CRYSTALLUS calcaria tuberosa; tuberibus flavis; Nucleo galenico.]

Germ. Knotiger Kalkkrystall, mit gelben Hökern, worinn ein Kern von Bleyglanz steckt.

Habitat in M. S.

Tuber flavescens, solitarium.

B. Crystallis rhombeis.

a) ——— manifestis.

* *Puræ.*

22. CRYSTALLUS calcaria tuberosa: tuberibus pellucidis sphaericis ex Rhombis evidentibus.

Germ. Knotiger Kalkkrystall, mit durchsichtigen runden Hökern, so aus sichtbaren Rauten bestehen.

Habitat in P. S.

Rhombi pellucidi, lineam lati, imbricati, constituunt crystallum prædictam, insidentem Quarzo crystallisato & crusta spatosa fusco - rufa undique obducto.

Tab. I.

Fig. 5.

23. CRYSTALLUS calcaria tuberosa: tuberibus albis

pellucidis depressis lobatis.

Germ. Knotiger Kalkkrystall mit weissen durchsichtigen niedergedrückten aus einander tretenden Hökern.

Habitat in P. S.

Insidet spato opaco, fusco - rufescenti.



24. CRYSTALLUS calcaria tuberosa: tuberibus connatis hemisphaericis in difformem crustam diffluentibus.

Germ. Knotiger Kalkkristall, mit zusammen gewachsenen halbkugelförmigen in eine unförmliche Rinde zerfließenden Hökern.

Habitat in P. S.

Ubi desinit crusta praedicta, ibi incipiunt tubera alia minora, majoribus cubis composita.

25. CRYSTALLUS calcaria tuberosa: tuberibus luteis coalitis.

Germ. Knotiger Kalkkristall mit gelben zusammen gewachsenen Hökern.

Habitat in P. S.

Tubera parva, superficie pallide ochracea, substantia albicante.

26. CRYSTALLUS calcaria tuberosa: tuberibus confluentibus; superficie pallide sinopico colore tincta.

Germ. Knotiger Kalkkristall, mit zusammen fließenden Hökern, und einer von bleicher Sinopelfarbe gefärbten Oberfläche.

Habitat in P. S.

Tubercula multa, simul connata, mediocria, ex Rhombis lucidis manifestis ac pallide rubro colore tinctis.

27. CRYSTALLUS calcaria tuberosa: tuberibus ex minera Plumbi Quarzo mixta; superficie spatosa & Sinopi pallide rubente colorata.

Germ. Knotiger Kalkkristall mit Hökern von Bleyerz und Quarz, auch einer spatartigen und mit bleicher Sinopelfarbe gefärbten Oberfläche.

Habitat in P. S.

Tubera connata, variae magnitudinis.

** *Teterogeneæ.*

28. CRYSTALLUS calcaria tuberosa: tuberibus hemisphaericis luteis,



Germ. Knotiger Kalkkrystall, mit halbkugelförmigen gelben Hökern.

Habitat in P. S.

Coram habeo tubera solitaria, extus paleaceo colore tineta & Nucis Coryli magnitudine. Horum substantia alba est, quandoque tamen flavedine aliqua tineta.

Huc pertinere videtur *Spatum calcarium*, figuratum, subglobosum: globis flavescentibus. BORN. Mus. p. 9.

29. CRYSTALLUS calcaria tuberosa: tuberibus distinctis & connatis; superficie flavicante.

Germ. Knotiger Kalkkrystall, mit einzelnen und zusammen gewachsenen Hökern, und einer gelblichten Oberfläche.

Habitat in P. S.

Mediocri magnitudine hæc tubera gaudent, solitaria & simul coalita. Color superficiei flavicans, quandoque tamen & cinereus.

30. CRYSTALLUS calcaria tuberosa: tuberibus opacis pallide luteis.

Germ. Knotiger Kalkkrystall, mit undurchsichtigen bleichgelben Hökern.

Habitat in T. S.

Superficies horum tuborum prominentiis Rhomborum ubique exasperata est.

31. CRYSTALLUS calcaria tuberosa: tuberibus rotundis albis; superficie veluti ex lamellis composita opaca.

Germ. Knotiger Kalkkrystall, mit weißen runden Hökern, und einer gleichsam aus Blättern zusammen gesetzten undurchsichtigen Oberfläche.

Habitat in P. S.

Tubercula Pisi magnitudine, solitaria, insidentia Spato leproso flavescenti.

32. CRYSTALLUS calcaria tuberosa; superficie ex Rhombis irregularibus margine attenuatis magnis & albis.

Germ.



Germ. Knotiger Kalkkristall, mit einer aus unregelmäßigen grossen und weissen am Rande scharfen Rauten bestehenden Oberfläche.

Habitat in P. S.

Diameter tuberis uncialis.

b) *minus evidentibus.*

* *Puræ.*

33. CRYSTALLUS calcaria tuberosa: tuberibus nodosis irregularibus albis; superficie nitente. *Tab. I. Fig. 6.*

Germ. Knotiger Kalkkristall mit knotigen unregelmässigen weissen Hökern, und einer glänzenden Oberfläche.

Habitat in P. S.

Substantia interna opaca, alba insidens Quarzo crystallato.

34. CRYSTALLUS calcaria tuberosa: tuberibus rotundis albis plerisque solitariis.

Germ. Knotiger Kalkkristall, mit runden weissen meist einzeln stehenden Hökern.

Habitat in P. S.

Magnitudo Pisi, superficies lucida.

35. CRYSTALLUS calcaria tuberosa: tuberibus confluentibus; substantia interna strato uno aliove, aut Nucleo rubro. *Tab. I. Fig. 7.*

Germ. Knotiger Kalkkristall, mit zusammen fliessenden Hökern, deren innwendige Substanz aus einem und andern Lagen, oder aus einem rothen Kerne besteht.

Habitat in P. S.

Substantia spatiosa crassa, ex stratis nonnullis discoloribus, quandoque Nucleum rubellum fovet, superficiem vero elevat in tubera magna & inæqualia, quorum superficies tota tessellis minimis rhombeis fulgida adparet.



36. CRYSTALLUS calcaria tuberosa: tuberibus albis confluentibus depressis; superficie lucida.

Germ. Knotiger Kalkkristall, mit weissen zusammen fließenden nieder gedrückten Hökern, und einer glänzenden Oberfläche.

Habitat in P. S.

Differt a priore tuberculis minoribus, nec interne coloratis.

Tab. I. 37. CRYSTALLUS calcaria tuberosa: tuberibus con-
Fig. 8. natis albis, uno loco penetratis ab apice alterius crytalli pentagonæ fusæ.

Germ. Knotiger Kalkkristall, mit verwachsenen weissen Hökern, die an einem Orte von der Spitze eines andern fünfeckigen braunen Kristalls durchboret sind.

Habitat in P. S.

Tubera magna, pleraque coalita. Coni eadem penetrantis substantia alba est, superficies fusca, basis autem vestigiis pentagonis pluribus scrobiculata.

38. CRYSTALLUS calcaria tuberosa: tubere solitario testaceo; superficie punctis minimis holoserici ad instar nitente.

Germ. Knotiger Kalkkristall, mit einem einzelnen muschelförmigen Höker, und einer von sehr kleinen Punkten wie Sammet glänzenden Oberfläche.

Habitat in P. S.

Magnitudo tuberis, quæ Nucis moschatæ. Substantia alba.

39. CRYSTALLUS calcaria tuberosa: tuberibus parvis confluentibus pallide sinopico colore tinctis.

Spatum calcarium figuratum, subglobosum: globis coloris sinopici. BORN. *Mus.* p. 9.

Germ. Knotiger Kalkkristall, mit kleinen zusammen fließenden von bleicher Sinopelfarbe gefärbten Hökern.

Habitat

Habitat in P. S.

Crusta ex Spato albo in tubera Nucis cannabinæ magnitudine elevata; superficie rubente.

40. CRYSTALLUS calcaria tuberosa: tuberibus mam- *Tab. I.*
miformibus albidis. *Fig. 9.*

Germ. Knotiger Kalkkristall, mit brustähnlichen weißlichen Hökern.

Habitat in P. S.

Crytallis Quarzi insident passim tubercula parva, minore alio papillam referente terminata & corneo colore tincta. Hisce interjacent tubercula alia priorum magnitudine & colore, grano cannabis vix majora, rotunda, conglomerata & transversim rugosa.

** *Heterogeneæ.*

41. CRYSTALLUS calcaria tuberosa: tuberibus parvis in crustam confluentibus, ex qua papillæ albæ numerosissimæ hinc inde oriuntur.

Germ. Knotiger Kalkkristall, mit kleinen in eine Rinde zusammen fließenden Hökern, aus welcher hin und wieder sehr viele weiße Fäserchen hervorragen.

Habitat in T. S.

Crusta spatosa, alba, superinducta Crytallis Quarzi, elevat passim tubera parva, ex Rhombis lucidis composita. Eadem uno latere ubique obducta est corpusculis albis, erectis & prostratis, papillas exiguas referentibus.

42. CRYSTALLUS calcaria tuberosa: tuberibus albis parvis crytallis Quarzi amethystinis insidentibus.

Germ. Knotiger Kalkkristall, mit kleinen weißen auf amethystfarbigen Quarz sitzenden Hökern.

Habitat in P. S.

Massulæ albæ, exiguæ, nunc unum latus Crytallorum Quarzi incrustant, nunc vero coacervatæ componunt tubera parva plerumque solitaria & grano cannabis vix majora.



43. CRYSTALLUS calcaria tuberosa: tuberibus glaucis.

Germ. Knotiger Kalkkristall, mit lichtblauen Hökern.

Habitat in P. S.

Species rarissima, constans tubere mediocris magnitudinis, nunc solitario, nunc vero cum fociis connato.

44. CRYSTALLUS calcaria tuberosa: tuberibus albis coadunatis semine Milii minoribus Spato rubello instratis.

Germ. Knotiger Kalkkristall, mit zusammen gehäuften weissen Hökern, die kleiner als der Hirsesamen sind, und auf röthlichem Spate sitzen.

Habitat in T. S.

Spatum rubens subtuberosum sustinet grana plurima, subrotunda, alba, modice nitentia.

45. CRYSTALLUS calcaria tuberosa: tuberibus pallide carneis.

Germ. Knotiger Kalkkristall mit Hökern von bleicher Fleischfarbe.

Habitat in T. S.

Pellucidis Crystallis Quarzi interjectum est hoc Spatum pallide roseo colore tinctum & tubera mediocris magnitudinis hinc inde elevans.

*** *Refractariae.*

46. CRYSTALLUS calcaria tuberosa: tuberibus niveis confluentibus; superficie punctis lucidis micante.

Germ. Knotiger Kalkkristall, mit schneeweissen zusammen fließenden Hökern, und einer von glänzenden Punkten schimmernden Oberfläche.

Habitat in T. S.

Crusta alba, elevata in tubera variae magnitudinis, quorum aliqua Nuce avellana majora sunt, alia Piso aequalia, alia vero vix Piperis grani magnitudinem aequant.

47. CRYSTALLUS calcaria tuberosa: tuberibus parvis, connatis, albis & flavescentibus.

Germ.

Germ. Knotiger Kalkkristall, mit kleinen zusammen gewachsenen weissen und gelblichten Hökern.

Habitat in P. S.

Parva sunt hæc tubera, substantia semper alba, superficie vero quandoque flavescente nec non pallide fusca. Infident Quarzo crystallisato, puro.

48. CRYSTALLUS calcaria tuberosa: tuberibus pallide carneis; superficie Rhombis magnis pallidissime fuscis corticata.

Germ. Knotiger Kalkkristall, mit Hökern von bleicher Fleischfarbe, und einer von grossen sehr bleichbraunen Rauten überzogenen Oberfläche.

Habitat in P. S.

Substantia tuberum pallidissime carnea, superficies vero rugosa: rugis densis, varioque situ labyrinthiformes sinus referentibus. Rugæ hæc constant rhombis cohærentibus.

49. CRYSTALLUS calcaria tuberosa: tuberibus albis pisiformibus levibus.

Germ. Knotiger Kalkkristall, mit weissen erbsenförmigen glatten Hökern.

Habitat in P. S.

Tubercula nivea, sæpius solitaria, rotundata, nullisque Rhomborum prominentium angulis exasperata.

50. CRYSTALLUS calcaria tuberosa: tuberibus fulvis, solitariis crystallis Quarzi infidentibus.

Germ. Knotiger Kalkkristall, mit gelbrothen einzelnen auf Quarzkristallen sitzenden Hökern.

Habitat in P. S.

Tubera parva ex Rhombis opacis omnique nitore destitutis.

51. CRYSTALLUS calcaria tuberosa: tuberibus fulvis confluentibus.

Germ. Knotiger Kalkkristall, mit gelbrothen zusammen fließenden Hökern.

Habitat



Habitat in P. S.

Crusta late expansa educit numerosa tubera connata, quorum maximus Pisi magnitudinem raro superat.

52. CRYSTALLUS calcaria tuberosa: tuberibus fusco - castaneis; superficie punctis lucidis micante.

Germ. Knotiger Kalkkristall, mit kastanienbraunen Hökern, und einer mit glänzenden Punkten schimmernden Oberfläche.

Habitat in P. S.

Unum vel aliud tuberculum prædicti coloris interjacet alteri Spato tuberoso & albo. Interna ejus substantia minus solida & ochracea.

Tab. I.

Fig.

10.

53. CRYSTALLUS calcaria tuberosa: tubere inverso fusco petiolato.

Germ. Knotiger Kalkkristall, mit einem umgekehrten braunen gestielten Höker.

Habitat in P. S.

In eodem specimine adsunt tubera majora, connata, nivea; nec non minora, solitaria pariter alba. His insidet tuberculum prædictum, sed petiolo sursum verso. Substantia tuberculi hujus constat Rhombis lucidis castaneo colore tinctis.

54. CRYSTALLUS calcaria tuberosa: tuberibus nigris.

Germ. Knotiger Kalkkristall mit schwarzen Hökern.

Habitat in P. S.

Hemisphærica hæc sunt, nec non connata & Juniperi bacca vix majora tubera. Superficies nullo nitore fulgida refert corpus iis Plantis simile, quas ADANSONIUS *Valsam* appellavit.

55. CRYSTALLUS calcaria tuberosa: tubere albo Rhombis fusco - rufescentibus corticato.

Germ. Knotiger Kalkkristall, mit einem weissen von braunrothen Rauten überzogenen Höker.

Habitat in P. S.

Substantia

Substantia tuberum albida. Grana, quæ superficiem obtegunt, subrotunda sunt, & grano Milii æqualia.

56. CRYSTALLUS calcaria tuberosa : tubere fusco corticato : cortice pallide luteo papilloso.

Germ. Knotiger Kalkkristall, mit einem braunen von einer bleichgelben faserigen Rinde überzogenen Höker.

Habitat in M. S.

Rara & mediocris magnitudinis.

C. Superficie irregulari, non ex cubis, nec Rhombis composita.

57. CRYSTALLUS calcaria tuberosa : tuberibus albidis ex lamellis margine per ætatem fuscescentibus.

Germ. Knotiger Kalkkristall, mit weißlichten Hökern, die mit der Zeit am Rande bräunlicht werden.

Habitat in rejectaneis *Georgii-Stollen*.

Tubera connata, superficie striata : striis ad angulum obtusum se se contingentibus.

58. CRYSTALLUS calcaria tuberosa : tuberibus confluentibus depressis, Sinopi inquinante testis.

Germ. Knotiger Kalkkristall, mit zusammenfließenden niedergedrückten vom abfärbenden Sinopel bedekten Hökern.

Habitat in P. S.

Constat cortice vix lineam crasso, sub quo Spatum griseum Quarzo insidens occurrit.

59. CRYSTALLUS calcaria tuberosa : tuberculis granulatis in crustam disfluentibus pallide luteis.

Germ. Knotiger Kalkkristall, mit kleinen gekörnten in eine Rinde zusammenfließenden bleichgelben Hökern.

Habitat in P. S.

Crusta Albo-Ochroleuca, hinc inde elevans parva tubercula, superficie granis prominulis aspera, opaca.



60. CRYSTALLUS calcaria tuberosa : tuberculis pallide luteis, rugosis : rugis crenulatis.

Germ. Knotiger Kalkkristall, mit bleichgelben runzlichten Hökern, deren Runzeln gekerbt sind.

Habitat in P. S.

Tubera connata, quædam vero, eaque minora, foliaria. Superficies metallico eoque subargenteo nitore aliquomodo fulgida, in tenues rugas crispata; rugis ad lentem crenulatis.

61. CRYSTALLUS calcaria tuberosa : tuberculis corneis rugosis : rugis crenatis lucidis.

Germ. Knotiger Kalkkristall, mit hornfärbigen runzlichten Hökern, deren Runzeln gekerbt und glänzend sind.

Habitat in P. S.

Quarzo crystallifato insident tubercula hæc mediocris magnitudinis, connata, depressa & lucida.

62. CRYSTALLUS calcaria tuberosa : tuberibus connatis depressis rugosis fordide luteis.

Germ. Knotiger Kalkkristall, mit zusammen gewachsenen niedergedrückten runzlichten schmutziggelben Hökern.

Habitat in P. S.

Color tuberum obscure ochraceus, magnitudo vero maxima quæ baccæ Juniperi. Ex his quædam disrupta apparent, ibique foveolis angulatis insculpta.

63. CRYSTALLUS calcaria tuberosa : tuberibus luteis in crustam disfluentibus rugosis lucidis.

Germ. Knotiger Kalkkristall, mit gelben in eine Rinde zusammenfließenden runzlichten glänzenden Hökern.

Habitat in P. S.

Crusta late expansa elevat crebra, parva & confluentia tubera; superficie rugosa : rugis minutissimis, lucidis.

64. CRYSTALLUS calcaria tuberosa : tuberibus luteis corticatis ; cortice rugoso : rugis in duos ordines distributis.

Germ. Knotiger Kalkkristall , mit gelben von einer runzlichten Rinde überzogenen Hökern , woran die Runzeln in zwey Reihen geordnet sind.

Habitat in P. S.

Sulcus medius dividit prædictos rugarum Ordines , quæ oblique decurrentes cum sociis angulum fere rectum constituunt. Tuberum quædam solitaria sunt , pleraque tamen invicem connata.

65. CRYSTALLUS calcaria tuberosa : tuberibus fuscis rugosis : rugis crenatis & metallico nitore subfulgidis.

Germ. Knotiger, Kalkkristall , mit braunen runzlichten Hökern , deren Runzeln gekerbt sind , und mit einem metallischen Glanze etwas schimmern.

Habitat in P. S.

Tuberum fusca sunt , lucida & crebris crassisque rugis exasperata , cæterum inæqualia , depressa , confluentia ac mediæ magnitudinis.

66. CRYSTALLUS calcaria tuberosa : tuberibus rotundatis nigricantibus granulato-rugosis.

Germ. Knotiger Kalkkristall , mit runden schwärzlichten gleichsam von Körnern runzlichten Hökern.

Habitat in P. S.

Tuberum rotunda , nigricantia , superficiem gerunt ex granulis obscuris in rugas coadunatis compositam. Quædam solitaria sunt , alia vero eum similibus connata. Infident Spato leproso nunc concolori & lucidiori , nunc vero flavescenti & metallico nitore fulgido.

O R D O II.

F I B R O S Æ.

A. Tuberosæ.

* *Substantia spatiosa, superficie fibrosa.*

67. CRYSTALLUS calcaria tuberosa : tubere solitario luteo; superficie granulis papillas minimas referentibus aspera.

Germ. Knotiger Kalkkristall, mit einem einzelnen gelben Höker, und einer von kleinen faserähnlichen Körnern rauchen Oberfläche.

Habitat in P. S.

Huic figura omnino hemisphærica, color vero luteus.

68. CRYSTALLUS calcaria tuberosa : tuberibus confluentibus pallide luteis opacis; superficie granulis minimis adspersa.

Germ. Knotiger Kalkkristall, mit zusammenfließenden bleichgelben undurchsichtigen Hökern, und einer mit sehr kleinen Körnern bestreuten Oberfläche.

Habitat in Hofferstollen.

Crusta hæc elevat parva & depressa tubera.

69. CRYSTALLUS calcaria tuberosa : tubere magno fusco opaco subfibroso.

Germ. Knotiger Kalkkristall, mit einem grossen braunen undurchsichtigen etwas faserigen Höker.

Habitat in T. S.

Diameter tuberis quandoque uncialis, imo & major; color fuscus, superficies vero exiguis papillis granula referentibus aspera.

Tab. I. 70. CRYSTALLUS calcaria tuberosa : tubere albo
Fig. II. hemisphærico echinato.

Germ.

Germ. Knotiger Kalkkrystall, mit einem weissen halbkugelförmigen flachlichten Höker.

Habitat in P. S.

Diameter tuberis fere uncialis, superficies vero prominentiis convergentibus undique echinata,

71. CRYSTALLUS calcaria tuberosa nivea; superficie prominentiis exiguis papillosa.

Germ. Knotiger schneeweisser Kalkkrystall, mit einer von kleinen Hervorragungen rauchen Oberfläche.

Habitat in T. S.

Congeries tuborum niveorum confluentium Quarzo insidentium, ex quorum superficie corpuscula exigua, armato oculo duntaxat obvia, undique efflorescunt.

Hæc pariter flavum colorem induit, si spiritu Nitri fuerit humectata.

72. CRYSTALLUS calcaria tuberosa pallide lutescens: *Tab. I. Fig. 12.*
tuberibus connatis superficie papillosis.

Germ. Knotiger Kalkkrystall von bleichgelber Farbe, mit zusammengewachsenen auf der Oberfläche faserigen Hökern.

Habitat in T. S.

Differt a priore Superficie luteolo colore tineta, nec non nucleo lutescente.

73. CRYSTALLUS calcaria tuberosa alba: tuberculis coherentibus; superficie lucida papillosa.

Germ. Knotiger Kalkkrystall von weisser Farbe, mit zusammenhängenden Hökerchen, deren Oberfläche glänzend und faserig ist.

Habitat in P. S.

Tubercula parva, connata; superficie papillis numerosissimis lucidis undique teeta.

74. CRYSTALLUS calcaria tuberosa: tuberculis exigu- *Tab. I. Fig. 13.*
is congestis albidis flavisque nec non acaulibus & petiolatis.



Germ. Knotiger Kalkkristall, mit kleinen aneinandergelagerten weißlichten und gelben, nicht weniger ohngegliederten und gestielten Höckerchen.

Habitat in T. S.

Crystallis Quarzi dense instrata grana opaca, subfibrosa, confluentia & rotundata, quorum diameter lineam non superat.

In eodem Specimine est & fasciculus fibrarum albarum, quæ a nostratibus *Erzmutter*, a Mineralogis autem *Agaricus mineralis* appellantur.

75. CRYSTALLUS calcaria tuberosa: tuberculis albidis; superficie fibrosa: Fibris flavis articulatis.

Germ. Knotiger Kalkkristall, mit weißlichten Höckerchen, und einer faserigen Oberfläche, deren Fäsern gegliedert sind.

Habitat in P. S.

Tubercula grano Piperis vix majora, cohærentia; substantia interna albida.

76. CRYSTALLUS calcaria tuberosa pallide lutea; superficie opaca & papillis minimis hirta.

Germ. Knotiger bleichgelber Kalkkristall, mit einer undurchsichtigen und von sehr kleinen Fäserchen rauchen Oberfläche.

Habitat in P. S.

Crystallisatio hæc tota opaca, pallide lutea & subfibrosa est.

77. CRYSTALLUS calcaria tuberosa; superficie papillosa flava ac metallico nitore fulgida.

Germ. Knotiger Kalkkristall, mit einer faserigen gelben und wie Metall glänzenden Oberfläche.

Habitat in P. S.

Differt a priore tuberculis solidioribus & superficie aureo nitore fulgida.

78. CRYSTALLUS calcaria tuberosa; superficie filamentosa: filamentis evidentibus non articulatis griseis.

Germ. Knotiger Kalkkristall mit faseriger Oberfläche; woran die Fäsern sichtbar, ungegliedert und grau sind.

Habitat in P. S.

Substantia tuberum albida, foveis angulatis quandoque insculpta. Tota eorum superficies efflorescit in filamenta brevia, attenuata, inæqualia. E basi eorundem prodeunt hinc inde Fibræ fasciculatæ, opacæ & albidæ.

79. CRYSTALLUS calcaria tuberosa; superficie filamentosa: filamentis carneis articulatis lucidis.

Germ. Knotiger Kalkkristall, mit faseriger Oberfläche, woran die Fäsern fleischfärbig, gegliedert und glänzend sind.

Habitat in P. S.

Quarzo crystallifato insidet Spatum leprosum sordide luteum. Ex hoc efflorescunt passim Fibræ nunc fasciculatæ, nunc vero in substantiam spatiosam solidam confluentes. Color fibrarum pallide carneus est, substantia vero tuberum alba.

80. CRYSTALLUS calcaria tuberosa alba; tuberculis subrotundis basi filamentosis.

Germ. Knotiger weißer Kalkkristall, mit rundlichten an der Grundfläche faserigen Höckerchen.

Habitat in P. S.

Insidet Crystallis Quarzi plerumque aggregata variæque Magnitudinis.

81. CRYSTALLUS calcaria tuberosa: tubere rubro undique tecto fibris niveis tenuissimis congestis opacis minime articulatis.

Germ. Knotiger Kalkkristall, mit einem rothen Höcker, der überall von schneeweißen sehr zarten aneinander gehäuften undurchsichtigen gar nicht gegliederten Fäsern bedeckt ist.

Habi-



Habitat in P. S.

Tuberculum rubens, solidum, Piperis grano non majus, tegitur undique prædicta textura filamentosa albissima tenuissimaque.

** *Ubique fibrosæ.*

a) *Fibris non articulatis.*

Tab. I. 82. CRYSTALLUS calcaria tuberosa fibrosa : Fibris
Fig. 14 albis concentricis opacis.

Agaricus mineralis LUDWIG *de Terr. Dresd. C. 2. p. 44.*
LANG. *Hist. Lapid. figurat. Helvet. P. 666. GESN.*
de Fig. Lapid.

Spatum calcarium, figuratum, subglobosum opacum colore albedo; superficie porosa, intus fibrosum : Fibris tenuibus fasciculatis versus basim fluentibus. BORN. *Mus. p. 9.*

Inolithus fibris e centro communi radiantibus. GERHARD *Beyträge zur Chem. I. Theil p. 201. n. 2.*
huc pertinet.

Germ. Knotiger faseriger Kalkkristall, mit weissen undurchsichtigen concentrischen Fasern.

Habitat in T. S.

Textura fibrosa, levis, alba, opaca, constans terra calcaria pura, in acidis facillime & omnino solubili. Prominentiæ fibrarum asperam reddunt horum tuborum superficiem.

Tab. I. 83. CRYSTALLUS calcaria tuberosa fibrosa : Fibris
Fig. 15 albis concentricis crassis opacis inæqualiter prominentibus.

Germ. Knotiger faseriger Kalkkristall, mit weissen concentrischen diken undurchsichtigen ungleich hervorstehenden Fasern.

Habitat in T. S.

Differt a priore fibris multo crassioribus, nec æqualiter, sed plus minusve exstantibus.

Tab. II 84. CRYSTALLUS calcaria tuberosa fibrosa : fibris
Fig. 1 concentricis pallide viridibus lucidis,

Germ.

Germ. Knotiger faseriger Kalkkristall, mit concentrischen bleichgrünen glänzenden Fasern.

Habitat (ut audio) in P. S.

Spatum hoc pallide virens, amianthiforme, constat fibris pellucidis, longis, concentricis.

85. CRYSTALLUS calcaria tuberosa fibrosa : fibris parallelis & subconcentricis opacis albis.

Germ. Knotiger faseriger Kalkkristall, mit gleichlaufenden und etwas concentrischen weissen undurchsichtigen Fasern.

Habitat in T. S.

In hoc specimine fibrae valde tenues, albæ ac quandoque rubedine aliqua tinctæ, solitariae & connatae, nunc parallelae decurrunt, nunc vero plures in uno centro convenire videntur.

b) Fibris articulatis ex particulis rhombeis inæqualibus incumbentibus.

86. CRYSTALLUS calcaria tuberosa byssina alba fibrosa : fibris tenuissimis sub opacis obscure articulatis. Tab. II.

Germ. Knotiger haarförmiger weisser faseriger Kalkkristall, mit sehr zarten etwas undurchsichtigen kaum gegliederten Fasern. Fig. 2.

Habitat in T. S.

Constat filamentis tenuissimis, brevibus, in tubercula grano Piperis vix majora congregatis & obscuro nitore preclatis.

Vidi etiam hoc Spatum inhærere alteri Spato leproso pallide lutescenti.

87. CRYSTALLUS calcaria tuberosa albida fibrosa : fibris subarticulatis concentricis nitidis.

Germ. Knotiger weislichter faseriger Kalkkristall, mit etwas gegliederten concentrischen glänzenden Fasern.

Habitat in T. S.



Tubercula sessilia diametro duarum linearum fracta fibris brevibus, tenuissimis & solidioribus, ac in priore.
Variat colore pallide rufo.

88. CRYSTALLUS calcaria tuberosa fibrosa : fibris albis concentricis basi rubris.

Germ. Knotiger faseriger Kalkkristall, mit weissen concentrischen am Grunde rothen Fasern.

Habitat in P. S.

Tubera connata, parva, concentricis & subopacis fibris composita, quæ ad basim rubro bolari colore tincta, quandoque insident Nucleo albo solido.

89. CRYSTALLUS calcaria tuberosa fibrosa : fibris niveis concentricis lucidis.

Germ. Knotiger faseriger Kalkkristall, mit schneeweissen concentrischen glänzenden Fasern.

Habitat in P. S.

Parva tubera ex fibris crassiusculis vix sesquilineam longis, Spato leproso fusco-rufo insidentia.

90. CRYSTALLUS calcaria tuberosa fibrosa : fibris subcinereis crassiusculis opacis non concentricis.

Germ. Knotiger faseriger Kalkkristall, mit graulich-eten etwas dicken undurchsichtigen unconcentrischen Fasern.

Habitat in T. S.

Tubera coadunata, Quarzo instrata, quibus passim insident corpuscula alba, teretia, utrinque attenuata, prostrata & adscendentia.

91. CRYSTALLUS calcaria tuberosa fibrosa : fibris irregularibus lucidis corneo colore tinctis.

Germ. Knotiger faseriger Kalkkristall, mit irregularen glänzenden hornfärbigen Fasern.

Habitat in P. S.

Cubi hinc inde sparsi super Quarzum crystallisatum, tandem aggregati constituunt tubera facta fibris minime concentricis.

92. CRYSTALLUS calcaria tuberosa fibrosa : fibris superficialibus pallide luteo colore tinctis solitariis & fasciculatis.

Germ. Knotiger faseriger Kalkkristall, so auf der Oberfläche mit bleichgelben einzelnen und in Bündel gebundenen Fasern besetzt ist.

Habitat in P. S.

Crusta lineam circiter crassa elevat hinc inde tubera hemisphaerica, subtus excavata hirtaque fibris articulatis lucidis.

93. CRYSTALLUS calcaria tuberosa fibrosa : fibris lucidis pallide luteis plerumque simplicibus.

Germ. Knotiger faseriger Kalkkristall, mit glänzenden bleichgelben meist einfachen Fasern.

Habitat in P. S.

Huic color testaceus & fibrae ad basim confluentes in substantiam spatiosam amorpham.

94. CRYSTALLUS calcaria tuberosa fibrosa : fibris pallide fuscis exiguis lucidis simplicibus aequalibus.

Germ. Knotiger faseriger Kalkkristall, mit bleichbraunen kleinen glänzenden einfachen gleichförmigen Fasern.

Habitat in P. S.

Bina, quae coram habeo, tubercula grano Piperis vix majora sunt & Quarzo insident.

95. CRYSTALLUS calcaria tuberosa fibrosa : fibris luteis obscure articulatis congestis tenuibus opacis.

Tab.
II.

Germ. Knotiger faseriger Kalkkristall mit gelben kaum gegliederten zusammen gehäuften zarten undurchsichtigen Fasern.

Fig. 3.

Habitat in P. S.

Sunt in eodem specimine etiam fibrae collectae in fasciculos decumbentes. Huic nitor nullus & armato duntaxat oculo conspicui articuli.



96. CRYSTALLUS calcaria tuberosa fibrosa : fibris remotioribus obscure articulatis subconcentricis.

Germ. Knotiger faseriger Kalkkristall, mit lokeren kaum gegliederten etwas concentrischen Fäsern.

Habitat in P. S.

Tuberculum trium linearum diametro, una cum fibris concentricis, concoloribus, fasciculatis.

97. CRYSTALLUS calcaria tuberosa fibrosa : fibris rufis articulatis concentricis lucidis.

Germ. Knotiger faseriger Kalkkristall, mit gelbrothen gegliederten concentrischen glänzenden Fäsern.

Habitat in P. S.

Unicum video tuberculum Quarzo insidens & constans fibris prædictis, obtusis, non attenuatis.

Variat fibris minus lucidis, magisque flavescentibus.

98. CRYSTALLUS calcaria tuberosa fibrosa : fibris flavis lucidis basi coalitis.

Germ. Knotiger faseriger Kalkkristall, mit gelben glänzenden am Grunde zusammen gewachsenen Fäsern.

Habitat in P. S.

Differt a priore fibrarum particulis minimis & substantia interna grisea solidaque.

99. CRYSTALLUS calcaria tuberosa fibrosa : fibris concretis obscuris subarticulatis sinopico colore tinctis.

Germ. Knotiger faseriger Kalkkristall, mit verwachsenen undeutlichen etwas gegliederten Sinopelfärbigen Fäsern.

Habitat in P. S.

Tubercula crebra, grano Cannabis vix majora coherrentia, pallide rubro colore tincta; fibris connatis, intricatis vix manifestis.

100. CRYSTALLUS calcaria tuberosa fibrosa : fibris fusco-rufis & pyritoso nitore fulgidis,

Germ.

Germ. Knotiger faseriger Kalkkristall, mit braunrothen und wie Kies glänzenden Fäsern.

Habitat in P. S.

Fibræ opacæ, tenues, in parva tubera coadunatæ, vix concentricæ. Flavus Pyritis color mutato situ ludit in viridem & rubellum, sicque Pavonis caudam quodammodo refert. In eadem superficie sunt & Rhombi concolores, solitarii, Spatum leprosum constituentes.

101. CRYSTALLUS calcaria tuberosa fibrosa: fibris fuscis opacis sublucidis.

Germ. Knotiger faseriger Kalkkristall, mit braunen undurchsichtigen etwas glänzenden Fäsern.

Habitat in P. S.

Diameter tuberculorum tres lineas non superat. Nulus fere his nitor, fibræ vero tenues, subconcentricæ, nec non fasciculatæ & tunc magis concentricæ.

102. CRYSTALLUS calcaria tuberosa fibrosa: fibris fuscis concentricis attenuatis cortice concolore tectis. Tab. II.

Germ. Knotiger faseriger Kalkkristall, mit braunen concentrischen zugespitzten, von einer gleichgefärbten Rinde bedekten Fäsern. Fig. 4.

Habitat in P. S.

Fibræ basi cohærentes, apice liberæ insident alteri Spato albo tuberoso. Cortex concolor, sublucidus tegit fibrosam hanc compagem, quæ non semper hemisphærici hujus fornicis spatium integre replet.

In eodem specimine 1) tuber magnus albus ex Rhombis; 2) tuber alius quadruplo minor; superficie fusca; 3) tubercula parva, aggregata, pallide rufescentia ex Rhomboidibus; 4) Spatum leprosum, pallide rufum, ex cubis & rhombis.

103. CRYSTALLUS calcaria tuberosa fibrosa: fibris fuscis articulatis & corticatis: cortice concolore ex rhombis obscuris. Tab. II.

Fig. 5.



Germ. Knotiger faseriger Kalkkristall, mit braunen gegliederten und von einer gleichfarbigen Rinde aus undeutlichen Rauten bedekten Fäsern.

Habitat in P. S.

Fasciculi fibrarum plerique in tubera coadunati nonnulli solitarii. Cortex manifestus in fasciculis solitariis, in aliis vero difficulter distinguendus. Huic nitor vix ullus, Color autem fusco-castaneus.

104. CRYSTALLUS calcaria tuberosa fibrosa: fibris fuscis articulatis in tubera irregularia coadunatis lucidis.

Germ. Knotiger faseriger Kalkkristall, mit braunen gegliederten in irregularen Hökern zusammengehäuften glänzenden Fäsern.

Habitat in P. S.

Fibrarum articuli rhombeï, nitore donati. Tubercula grano Piperis non majora, irregularia, invicem coherentia.

Tab. II. 105. CRYSTALLUS calcaria tuberosa fibrosa: fibris fusco rubiginosis articulatis opacis.

Fig. 6. *Germ.* Knotiger faseriger Kalkkristall, mit braunrothen gegliederten undurchsichtigen Fäsern.

Habitat in P. S.

Fibræ quædam in tubera conglobatæ, aliæ in fasciculos congestæ, aliæ vero solitariae. Hisce interjacent crystalli selenitici pariter rubiginosæ.

106. CRYSTALLUS calcaria tuberosa fibrosa: fibris opacis fuscis obscure articulatis.

Germ. Knotiger faseriger Kalkkristall, mit undurchsichtigen braunen kaum gegliederten Fäsern.

Habitat in P. S.

Fibræ minime articulatae & ita connatae, ut tophaceam referant texturam. Tuber magnitudine baccae Juniperi, solitarius, sessilis, fuscus.

B. Fasciculatæ.

107. CRYSTALLUS calcaria fibrosa : fibris fasciculatis : fasciculis subrotundis petiolatis & sessilibus albis ; superficie ex peltis rotundatis convexis opacis. Tab.
II.
Fig. 7.

Germ. Faseriger Kalkkristall, mit bündelförmigen Fäsern, an welchen die Bündel rundlicht gestielt und ungestielt von weißer Farbe sind, und deren Oberfläche aus rundlichten convexen undurchsichtigen Schildchen besteht.

Habitat in T. S.

Plures simul habitant & cohærent, diametro trium linearum. Horum superficies constat tessellis convexis, rotundatis, exiguis.

108. CRYSTALLUS calcaria fibrosa : fibris fasciculatis pellucidis albis minime articulatis.

Germ. Faseriger Kalkkristall, mit bündelförmigen durchsichtigen weißen gar nicht gegliederten Fäsern.

Habitat in P. S.

Spatum hoc constituit tubercula Pisi magnitudine, nec non fibrarum fasciculos breves, nitidos, albos, erectos, sesqui lineam longos, apice semilineam crassos, petiolatos, ex fibris pellucidis non articulatis, coalitis, quandoque ramosis. Tubera uno latere prope basim adpersa particulis terreis griseis.

109. CRYSTALLUS calcaria fibrosa : fibris fasciculatis connatis albis : fasciculis lapideis petiolatis, superficie glabra nitida.

Germ. Faseriger Kalkkristall, mit bündelförmigen verwachsenen weißen Fäsern, deren Bündel steinhart und gestielt sind, die Oberfläche aber glatt und glänzend ist.

Habitat in T. S.

Fasciculus ex tenui petiolo divergens in corpus conicum rotundatum, cujus superficies maxima parte levigata, nitens & pallide carneo colore tincta est. Fibræ concretæ, opacæ, nullo nitore fulgidæ.



110. CRYSTALLUS calcaria fibrosa: fibris fasciculatis niveis inarticulatis opacis: fasciculis solitariis subrotundis.

Germ. Faseriger Kalkkristall, mit bündelförmigen schneeweißen ungegliederten undurchsichtigen Fasern, deren Bündel einzeln stehen und rundlicht sind.

Habitat in P. S.

Fasciculi e tenui basi petiolum referente divergunt in corpora rotundata, fibrosa, minime lucida, duas lineas longa. Incumbunt Spato leproso, corneo.

111. CRYSTALLUS calcaria fibrosa: fibris fasciculatis articulatis pallide fuscis.

Germ. Faseriger Kalkkristall, mit bündelförmigen gegliederten bleichbraunen Fasern.

Habitat in P. S.

Fasciculi vix duas lineas longi, una cum Pyrite Quarzo crystallifato insidentes, plerumque connati, decumbentes & subereciti.

112. CRYSTALLUS calcaria fibrosa: fibris fasciculatis fuscis minime articulatis crusta pallidiore ex rhombis composita corticatis.

Germ. Faseriger Kalkkristall, mit bündelförmigen braunen gar nicht gegliederten Fasern, so von einer bleicheren aus Rauten zusammengesetzten Rinde überzogen sind.

Habitat in P. S.

Fibrae pallide terreo colore tinctae. Cortex ultra fines fibrarum extensus tubulos mentitur.

Tab. 113. CRYSTALLUS calcaria fibrosa: fibris fasciculatis opacis albis minime articulatis: fasciculi unius latere
Fig. 8. cum apice alterius connato.

Germ. Faseriger Kalkkristall, mit bündelförmigen undurchsichtigen weißen gar nicht gegliederten Fasern,

Fäsern, wovon die Seite eines Bündels mit der Spitze des andern zusammen gewachsen ist.

Habitat in P. S.

Fibræ crassæ, connatæ. Fasciculi nunc basi, nunc latere cum fociis coherentes.

114. CRYSTALLUS calcaria fibrosa : fibris fasciculatis rufis : fasciculis solitariis lucidis. Tab. II.

Germ. Fäseriger Kalkkrystall, mit bündelförmigen gelbrothen Fäsern, deren Bündel einzeln stehen und glänzen. Fig. 9.

Habitat in P. S.

Parvi fasciculi paucarum fibrarum, crySTALLIS Quarzi insidentes.

115. CRYSTALLUS calcaria fibrosa : fibris fasciculatis albidis subpellucidis articulatis : fasciculis aggregatis.

Germ. Fäseriger Kalkkrystall, mit bündelförmigen weislichten etwas durchsichtigen gegliederten Fäsern, deren Bündel zusammen gehäuft sind.

Habitat in P. S.

Fasciculi dense invicem coadunati, colore albido. Fibræ ad lentem lucidæ & subdiaphanæ.

116. CRYSTALLUS calcaria fibrosa : fibris fasciculatis fusco-rufis subarticulatis tenuibus. Tab. II.

Germ. Fäseriger Kalkkrystall, mit bündelförmigen braunrothen etwas gegliederten zarten Fäsern. Fig. 10

Habitat in P. S.

Parvi fibrarum fasciculi, colore rufo-castaneo tincti. His pelluciditas nulla, nec articuli manifesti. Fibræ quoque haud exacte concentricæ, ut ex Icone patet.

117. CRYSTALLUS calcaria fibrosa : fibris fasciculatis articulatis albido-flavescentibus.

Germ. Fäseriger Kalkkrystall, mit bündelförmigen gegliederten weißgelblichten Fäsern.

Habitat in P. S.



Fibræ breves, partim congregatæ in massulas grano Cannabis vix majora, partim vero fasciculatæ.

- Variat* 1) Colore ad flavum magis vergente.
2) Colore pallide rufo.

118. CRYSTALLUS calcaria fibrosa: fibris fasciculatis articulatis opacis rufescentibus plus minus lucidis.

Germ. Faseriger Kalkkristall, mit bündelförmigen gegliederten undurchsichtigen gelbröthlichten mehr oder weniger glänzenden Fasern.

Habitat in P. S.

Fasciculi parvi, plerumque confluentes, ex fibris intricatis lucidis.

- Variat* 1) Colore fusco-rufo.
2) Colore pallidius rufescente.
3) Colore luteo-rufo.

Tab. II. 119. CRYSTALLUS calcaria fibrosa: fibris fasciculatis albis articulatis: fasciculis conicis coadunatis.

Fig. 11 *Germ.* Faseriger Kalkkristall, mit bündelförmigen weissen gegliederten Fasern, deren Bündel kegelförmig und zusammen gewachsen sind.

Habitat in P. S.

Fibrarum fasciculi duas tresve lineas longi, ex angusta basi sensim divergunt in capitulum rotundatum, cujus diameter lineam vix superat. Insident Crystallis Quarzi plerumque coacervati.

Tab. II. 120. CRYSTALLUS calcaria fibrosa: fibris fasciculatis articulatis griseis: fasciculis irregularibus.

Fig. 12 *Germ.* Faseriger Kalkkristall, mit bündelförmigen gegliederten graulichsten Fasern, deren Bündel irregular sind.

Habitat in T. S.

Crystallis Quarzi insident fibræ nunc solitariae, nunc vero in fasciculos congregatæ, lucidæ, articulatae. Hi fasciculi constituunt passim massulas subrotundas, basi attenuatas.



121. CRYSTALLUS calcaria fibrosa : fibris fasciculatis aquose luteis articulatis : fasciculis nonnullis medio angustioribus. Tab.
II.
Fig. 13

Spatum calcarium fibris in fasciculos aggregatis. BORN.

Mus. p. 9.

Inolithus fibris fasciculatis. GERHARD *Beyträge* p. 202.

Germ. Faseriger Kalkkristall, mit bündelförmigen bleichgelben gegliederten Fäsern, deren Bündel in der Mitte zusammen gezogen sind.

Habitat in T. S.

Fasciculi plerique simplices, seu ex angusta basi in capitulum obconicum convergentes. Sunt tamen & aliqui basi connati, sicque fasciculum singularis figuræ, nempe in medio coarctatum, constituentes.

Variat 1) Colore albo.

2) — rubello.

122. CRYSTALLUS calcaria fibrosa : fibris fasciculatis articulatis niveis : fasciculis cylindraceis.

Germ. Faseriger Kalkkristall, mit bündelförmigen gegliederten schneeweißen Fäsern, deren Bündel walzenförmig sind.

Habitat in T. S.

Numerosi, confluentes, plerumque erecti & duas fere lineas longi fasciculi, constant articulis rhombeis, nitidis, in parva quoque tubera coadunatis; unde patet: Crystallus tuberoso-fibrosas a fasciculatis separari non posse.

123. CRYSTALLUS calcaria fibrosa : fibris fasciculatis crassis articulatis corneis subpellucidis : fasciculis unicilibus brevioribusque. Tab.
II.
Fig. 14

Germ. Faseriger Kalkkristall, mit bündelförmigen dicken gegliederten hornfärbigen etwas durchsichtigen Fäsern, deren Bündel einen Zoll lang und auch kürzer sind.

Habitat in T. S.

Fibræ funiculis similes, nodosæ, rectæ, solitariae & simul unitæ in fasciculos extrorsum latiores. Extremi apices



ces fibrarum paulo crassiores sunt, rotundati & quasi clavati,

124. CRYSTALLUS calcaria fibrosa: fibris tenuibus fasciculatis albis Spatum trigonum fuscum incrustantibus.
Germ. Faseriger Kalkkristall, mit zarten bündelförmigen weißen einen braunen dreyekigen Spat überziehenden Fasern.

Habitat in P. S.

Cruſta alba, Spato prædicto superinducta, constat filamentis brevibus, tenuibus, niveis, Byſſum referentibus, quorum plerique subconcentrici constituunt fasciculos exiguos invicem congestos.

125. CRYSTALLUS calcaria fibrosa: fibris fusco rufis fasciculatis articulatis lucidis.

Germ. Faseriger Kalkkristall, mit braunrothen bündelförmigen gegliederten glänzenden Fasern.

Habitat in T. S.

Fasciculi plures, coacervati, decumbentes & suberecti, constant fibris sordide rufescentibus, quarum intermediæ longiores, exteriores vero breviores sunt.

126. CRYSTALLUS calcaria fibrosa: fibris fasciculatis pallide luteis articulatis sublucidis.

Germ. Faseriger Kalkkristall, mit bündelförmigen bleichgelben gegliederten etwas glänzenden Fasern.

Habitat in P. S.

Fasciculi parvi, ex fibris tenuibus articulatis.

127. CRYSTALLUS calcaria fibrosa: fibris fasciculatis subcarneis nitidis.

Germ. Faseriger Kalkkristall, mit bündelförmigen etwas fleischfärbigen glänzenden Fasern.

Habitat in P. S.

Fibræ articulatæ, lucidæ, coadunatæ in fasciculos conatos, basi attenuatos, duas tresve lineas longos.

128. CRYSTALLUS calcaria fibrosa : fibris fasciculatis pallide rubro colore tinctis articulatis tenuibus.

Germ. Faseriger Kalkkristall, mit bündelförmigen bleichrothen gegliederten zarten Fäsern.

Habitat in P. S.

Fibræ partim albidæ sub microscopio adparent adspersæ minimis particulis pyritis flavi.

129. CRYSTALLUS calcaria fibrosa : fibris fasciculatis albis articulatis lucidis.

Germ. Faseriger Kalkkristall, mit bündelförmigen weissen gegliederten glänzenden Fäsern.

Habitat in T. S.

Fibræ crassiusculæ, ex colores, nitidæ, nunc solitariae, nunc vero collectæ in fasciculos conicos & cylindraceos, Spato leproso obscuriori insidentes.

130. CRYSTALLUS calcaria fibrosa: fibris fasciculatis lucidis fulvis.

Germ. Faseriger Kalkkristall, mit bündelförmigen glänzenden feuerrothen Fäsern.

Habitat in P. S.

Tenues sunt nec non conici & valde angusta basi instructi fasciculi, quibus intermixtæ sunt fibræ concolores, solitariae & coacervatæ.

131. CRYSTALLUS calcaria fibrosa: fibris fasciculatis cinereis obscure articulatis.

Germ. Faseriger Kalkkristall, mit bündelförmigen grauen kaum gegliederten Fäsern.

Habitat in P. S.

Fibræ tenues, prostratæ & suberectæ, vix articulatæ.

132. CRYSTALLUS calcaria fibrosa: fibris fasciculatis albis articulatis imbricatis lucidis.

Germ. Faseriger Kalkkristall, mit bündelförmigen weissen gegliederten auf einander liegenden glänzenden Fäsern.

Tab.
II.

Fig. 15



Habitat in T. S.

Spatum album efflorescit in fibras prædictas, congestas, pellucas, excolores, obtusas, subinde imbricatas.

- Tab. II. 133. CRYSTALLUS calcaria fibrosa: fibris fasciculatis albis connatis crassiss ad lentem lucidis.
 Fig. 16 *Germ.* Faseriger Kalkkristall, mit bündelförmigen weissen zusammen gewachsenen dicken unter dem Vergrößerungsglase glänzenden Fasern.

Habitat in P. S.

Fibræ niveæ, sublucidæ, diversimode sitæ & cohærentes. Ex his quædam solitariae & prostratae, aliae vero simul unitæ, constituunt fasciculos duas circiter lineas longos. Differunt ab aliis fibrosis in eo, quod non adeo concentricæ sint, sed magis parallelæ & crassiores.

Variat fasciculis Spato corneo, cubico, leproso insidentibus.

- Tab. III. 134. CRYSTALLUS calcaria fibrosa: fibris fasciculatis albis opacis, congestis & imbricatis.
 Fig. 1. *Germ.* Faseriger Kalkkristall, mit bündelförmigen weissen undurchsichtigen zusammen gehäuften und auf einander liegenden Fasern.

Habitat in P. S.

Densa congeries fibrarum nivearum, ad lentem aliquomodo nitentium. Hæ congestæ in fasciculos, nec non invicem impositæ & aggregatæ ita sunt, ut una ex alia, unusque fasciculus ex alio prodire videatur.

135. CRYSTALLUS calcaria fibrosa: fibris fasciculatis subparallelis articulatis lucidis.

Germ. Faseriger Kalkkristall, mit bündelförmigen fast gleichlaufenden gegliederten glänzenden Fasern.

Habitat in P. S.

Nonnullæ fibræ solitariae & decumbentes, aliae vero in fasciculos tenues coadunatae. Fasciculi erecti, duas tresve lineas longi, plerumque distincti & quasi solitarii sunt. Fibrarum nitor obscurus, nec evidens articulatio.

136. CRYSTALLUS calcaria fibrosa: fibris fasciculatis albis subparallelis opacis crassis minime articulatis. Tab. III.
Germ. Faseriger Kalkkristall, mit bündelförmigen weissen fast gleichlaufenden undurchsichtigen dicken gar nicht gegliederten Fasern. Fig. 2.
Habitat in T. S.

Terra calcaria pura, nunc crySTALLIS Quarzi temere instrata, nunc in exiguos globulos figurata, nunc vero constituens fibras fasciculatas non pellucidas, nec articulatas. Fibrae hae insigniter crassae, vix concentricae & quasi imbricatae sunt.

Variat 1) Colore albo.

2) ——— albo — flavescente.

137. CRYSTALLUS calcaria fibrosa: fibris fasciculatis opacis albis intricatis. Tab. III.
Germ. Faseriger Kalkkristall, mit bündelförmigen undurchsichtigen weissen in einander gewebten Fasern. Fig. 3.

Habitat in T. S.

CrySTALLI textura & terra eadem, quae in Agarico minerali, constituens fibras longas, concentricas, minime articulatas & invicem diversimode se se decussantes.

138. CRYSTALLUS calcaria fibrosa: fibris fasciculatis albis concentricis opacis: fasciculis intricatis.

Germ. Faseriger Kalkkristall, mit bündelförmigen weissen concentrischen undurchsichtigen Fasern, deren Bündel in einander gewebt sind.

Habitat in T. S.

Textura prioris, sed fibrae non tam albæ semiunciales, in fasciculos collectæ, quorum multi in eadem lapidis fissura nidulantur, vario situ variaque directione donati.

139. CRYSTALLUS calcaria fibrosa: fibris fasciculatis pellucidis tenuissimis minime articulatis: fasciculis divergentibus. Tab. III.
Fig. 4.

Germ.



Germ. Faseriger Kalkkristall, mit bündelförmigen durchsichtigen sehr zarten gar nicht gegliederten Fäsern, deren Bündel von unten hinauf breiter werden.

Habitat in T. S.

Color & habitus vitreus. Fibræ rectæ, teretes, semiunciales.

140. CRYSTALLUS calcaria fibrosa: fibris fasciculatis concentricis opacis non articulatis: fasciculis congestis parvis.

Germ. Faseriger Kalkkristall, mit bündelförmigen concentrischen undurchsichtigen ungegliederten Fäsern, deren Bündel zusammen gehäuft und klein sind.

Habitat in T. S.

Quarzi crystallis insident fasciculi lineam unam & dimidiam logi, congesti, albi ac flavescentes.

141. CRYSTALLUS calcaria fibrosa: fibris fasciculatis griseis ad lentem lucidis subconcentricis obscure articulatis.

Germ. Faseriger Kalkkristall, mit bündelförmigen grauen unter dem Vergrößerungsglase glänzenden fast concentrischen kaum gegliederten Fäsern.

Habitat in P. S.

Fasciculi parvi, subcylindrici, Quarzo insidentes.

Tab. III. Fig. 5. 6. 142. CRYSTALLUS calcaria fibrosa: fibris fasciculatis griseis opacis: fasciculis penicilliformibus exiguis aggregatis.

Germ. Faseriger Kalkkristall, mit bündelförmigen grauen undurchsichtigen Fäsern, deren Bündel Pinselförmig klein und an einander gehäuft sind.

Habitat in T. S.

Fig. 13. exhibet apicem Crystalli quarzosaë prædictis fasciculis undique tectum & echinatum, qui in Fig. 14. lateri alterius Crystalli pariter quarzosaë & utrinque acuminataë

natae insident coacervati. Fibræ albidæ sunt, ad basim tamen nigredine aliqua tinctæ.

143. CRYSTALLUS calcaria fibrosa : fibris subfasciculatis fusco-rufescentibus articulatis lucidis fasciculis rhombis in capitulum congestis terminatis.

Tab.
III.
Fig. 7.

Germ. Faseriger Kalkkristall, mit etwas bündelförmigen braunrothen gegliederten glänzenden Fasern, deren Bündel sich in Rauten endigen, die einen Knopf vorstellen.

Habitat in P. S.

Paucæ fibræ componunt Columnam! linea vix longiorem, quam terminat Capitulum concolor constans rhombis lucidis.

C. Sparsæ.

Fibræ non concentricæ, nec in tubera aut fasciculos coadunatæ, sed e lapidis superficie abque Ordine efflorescentes.

144. CRYSTALLUS calcaria fibrosa : fibris aggregatis albis opacis crassis minime articulatis.

Tab.
III.
Fig. 8.

Germ. Faseriger Kalkkristall, mit aneinander gehäuften weissen undurchsichtigen dicken gar nicht gegliederten Fasern.

Habitat in T. S.

Fibræ pleræque inordinato situ invicem implexæ, duas lineas longæ & obtusæ. Terra & habitus idem ut in 142.

145. CRYSTALLUS calcaria fibrosa : fibris sparsis opacis albis minime articulatis obtusis.

Tab.
III.
Fig. 9.

Germ. Faseriger Kalkkristall, mit zerstreuten undurchsichtigen weissen gar nicht gegliederten stumpfen Fasern.

Habitat in T. S.

Fibræ lineam longæ, accumulatæ, ac si tubercula constituerent, crystallos Quarzi undique obtegent.



146. CRYSTALLUS calcaria fibrosa : fibris sparsis albis articulatis congestis lucidis.

Germ. Faseriger Kalkkristall , mit zerstreuten weissen gegliederten zusammen gehäuften glänzenden Fäsern.

Habitat in P. S.

Ambigit hunc inter , & priorem Ordinem , fibris plerisque minime concentricis & denso agmine ex Spato colore efflorescentibus.

147. CRYSTALLUS calcaria fibrosa : fibris sparsis , griseis articulatis lucidis.

Germ. Faseriger Kalkkristall , mit zerstreuten grauen gegliederten glänzenden Fäsern.

Habitat in P. S.

Agmen densum fibrarum dictarum , quarum longitudo maxima vix linearis est.

148. CRYSTALLUS calcaria fibrosa : fibris sparsis ochroleucis opacis non articulatis.

Germ. Faseriger Kalkkristall , mit zerstreuten bleichgelben undurchsichtigen ungegliederten Fäsern.

Habitat in P. S.

Fibræ congestæ insident Quarzo crystallifato , breves & in fasciculos tuberiformes collectæ.

149. CRYSTALLUS calcaria fibrosa : fibris sparsis flavo-rubris articulatis lucidis.

Germ. Faseriger Kalkkristall , mit zerstreuten gelbrothen gegliederten glänzenden Fäsern.

Habitat in P. S.

Densa congeries fibrarum nitidarum Spato leproso flavescenti insidentium.

150. CRYSTALLUS calcaria fibrosa : fibris sparsis carneis articulatis subpellucidis.

Germ. Faseriger Kalkkristall , mit zerstreuten fleischfarbigen gegliederten etwas durchsichtigen Fäsern.

Habitat

Habitat in P. S.

Densè invicem congestæ fibræ totam lapidis superficiem obtegunt, duas lineas vix longæ.

151. CRYSTALLUS calcaria fibrosa : fibris sparsis pallide lutescentibus intricatis.

Germ. Faseriger Kalkkrystall, mit zerstreuten bleichgelblichen in einander gewebten Fäsern.

Habitat in P. S.

Fibræ subconcentricæ, attenuatæ, plerumque ramosæ, coadunatæ in agmina densa tuberculis similia, efflorescunt e Terra concolore, nullo nitore, nullisque articulis instructæ.

152. CRYSTALLUS calcaria fibrosa : fibris sparsis luteis articulatis lucidis.

Germ. Faseriger Kalkkrystall, mit zerstreuten gelben gegliederten glänzenden Fäsern.

Habitat in P. S.

Fibræ subconcentricæ, vix lineam longæ & totam lapidis, cui insident, superficiem obtegentes.

Vidi crystallos Quarzi amethystinas fere penitus incrustantes.

153. CRYSTALLUS calcaria fibrosa : fibris sparsis fusco-griseis articulatis lucidis.

Germ. Faseriger Kalkkrystall, mit zerstreuten dunkelgrauen gegliederten Fäsern.

Habitat in P. S.

Fibræ congestæ, vix semilineam longæ.

154. CRYSTALLUS calcaria fibrosa : fibris sparsis fuscis articulatis lucidis parallelis.

Germ. Faseriger Kalkkrystall, mit zerstreuten braunen gegliederten glänzenden gleichlaufenden Fäsern.

Habitat in P. S.

Crusta superficiei fibrosa ; fibris omnibus parallelis, Quarzo insidentibus.



155. CRYSTALLUS calcaria fibrosa : fibris sparsis albidis articulatis ad lentem lucidis.

Germ. Faseriger Kalkkristall, mit zerstreuten weißlichten gegliederten unter dem Vergrößerungsglase glänzenden Fäsern.

Habitat in P. S.

Articuli rhombi & cubici. Fibræ breves, quasi in parva tubercula collectæ.

Tab.
III.
Fig. 11

156. CRYSTALLUS calcaria fibrosa : fibris sparsis albis opacis distinctis minime articulatis.

Germ. Faseriger Kalkkristall, mit zerstreuten weißen undurchsichtigen einzelnen gar nicht gegliederten Fäsern.

Habitat in P. S.

Constat fibris longis, tenuibus, prostratis, nulloque nitore fulgidis.

Tab.
III.
Fig. 12

157. CRYSTALLUS calcaria fibrosa : fibris sparsis albis opacis crassis.

Germ. Faseriger Kalkkristall, mit zerstreuten weißen undurchsichtigen dicken Fäsern.

Habitat in P. S.

Corpuscula teretia, duas circiter lineas longa, insident Spato leproso fusco, nec non crystallis Quarzi imbricatis.

Tab.
III.
Fig. 13

158. CRYSTALLUS calcaria fibrosa : fibris sparsis albis articulatis plerumque solitariis.

Germ. Faseriger Kalkkristall, mit zerstreuten weißen gegliederten meist einzel stehenden Fäsern.

Habitat in P. S.

Superficies lapidis testæ spato rufo leproso, sustinet numerosas ejusmodi crystallos exiguas, niveas, ad lentem articulatas nitidasque.

159. CRYSTALLUS calcaria fibrosa : fibris sparsis flavis aureo metallico nitore fulgidis simplicibus & fasciculatis.

Germ.

Germ. Faseriger Kalkkristall, mit zerstreuten gelben wie Gold glänzenden einfachen und bündelförmigen Fasern.

Habitat in P. S.

Ex Spato leproso aureo efflorescunt fibræ exiguæ, obtusæ, simplices & aggregatæ. Tam fibræ, quam Spatum insident Crystallis Quarzi amethystino colore tinctis.

160. CRYSTALLUS calcaria fibrosa: fibris sparsis flavis articulatis nitidis simplicibus & aggregatis.

Germ. Faseriger Kalkkristall, mit zerstreuten gelben gegliederten glänzenden einfachen und aneinander gehäuften Fasern.

Habitat in P. S.

Fibræ lucidæ, absque aureo nitore, efflorescunt ex crystallis Quarzi nullo colore tinctis, nulloque Spato incrustatis.

161. CRYSTALLUS calcaria fibrosa: fibris sparsis pallide luteis subopacis tenuissimis.

Germ. Faseriger Kalkkristall, mit zerstreuten bleichgelben etwas durchsichtigen sehr zarten Fasern.

Habitat in P. S.

Crystalli quarzofæ subcaules & aliquo rubore tinctæ, sustinent hinc inde fibras numerosas, mucoriformes, pallide flavo colore tinctas, quæ ad lentem sublucidæ & articulatæ se produnt.

162. CRYSTALLUS calcaria fibrosa: fibris sparsis fusco-rufis articulatis lucidis e crusta concolore ac pyramidem subtrigonam inanem constituende prodeuntibus. Tab. III. Fig. 14

Germ. Faseriger Kalkkristall, mit zerstreuten braunrothen gegliederten glänzenden Fasern, die aus einer gleichgefärbten eine fast dreyekige leere Pyramide vorstellenden Rinde hervor kommen.

Habitat in P. S.

Fibræ modo solitariae, modo coalitæ constant rhombis lucidis opacis.



Tab. 163. CRYSTALLUS calcaria fibrosa: fibris sparsis al-
 III. bidis insidentibus crustæ concolori & in pyramidem cavam
 Fig. 15 subtrigonam elevatæ.

Germ. Faseriger Kalkkristall, mit zerstreuten weißlichten
 Fasern, die auf einer gleichgefärbten und in ei-
 ne hohle fast dreyekige Pyramide aufsteigenden
 Rinde ansitzen.

Habitat in P. S.

Color albo-corneus. Nitor nullus, nec evidens arti-
 culatio. Crusta, quæ Pyramides hinc inde constituit ca-
 vas & subtrigonas, efflorescit in fibras sparsas & fascicula-
 tas; fasciculis plerisque inanibus.

Tab. 164. CRYSTALLUS calcaria fibrosa: fibris sparsis &
 III. fasciculatis insidentibus Pyramidi pallide luteæ trigoni in-
 Fig. 16 ani.

Germ. Faseriger Kalkkristall, mit zerstreuten und bündel-
 förmigen Fasern die auf einer bleichgelben drey-
 eckigen leeren Pyramide ansitzen.

Habitat in P. S.

Fibræ pallide luteæ congestæ & sparsæ.

165. CRYSTALLUS calcaria fibrosa: fibris sparsis
 tuberculo insidentibus in lamellas coalitis & Spato lamel-
 loso inclusis.

Germ. Faseriger Kalkkristall, mit zerstreuten Fasern, die
 auf einem Höckerchen ansitzen, in Blätter zu-
 sammen gewachsen und von einem blätterigen
 Spate eingeschlossen sind.

Habitat in M. S.

Galenæ & pseudogalenæ insidet stratum quarzofum li-
 vido colore tinctum. Huic incumbit stratum aliud spato-
 sum, ex lamellis albis concentricis. Lamellæ istæ fasci-
 culos constituunt & cavitatem relinquunt, in qua latet tu-
 berculum superficie echinatum fibris exiguis, descriptis.

Tab. 166. CRYSATLLUS calcaria fibrosa: fibris sparsis al-
 IV. bis parallelis obtegentibus columnam spatofam pallide ru-
 Fig. 1. bram.

Germ.

Germ. Fäseriger Kalkkrystall, mit zerstreuten weißen gleichlaufenden Fäsern, die eine bleichrothe Säule von Spat überziehen.

Habitat in P. S.

Spatum constituens Corpus subcylindricum, columnæ simile, pallide rubens, tegitur undique fibris albis, brevibus, longitudinalibus imbricatis.

O R D O III.

T U R R I T Æ.

Pyramistrigona, tetragona, aut pentagona.

A. Pyramide farcta seu cavitate destituta.

167. CRYSTALLUS calcaria turrita: pyramide alba *Tab. IV.*
trigona farcta; superficie filamentosa.

Germ. Pyramidenförmiger Kalkkrystall, mit einer weissen dreyekigen vollen Pyramide, und einer fäserigen Oberfläche. *Fig. 2.*

Habitat in T. S.

Spatum album, Quarzo insidens, elevat pyramides semiunciales & minores, trigonas, epidermide efflorescente in fibras imbricatas, tenues, nitidulas.

168. CRYSTALLUS calcaria turrita: pyramide farcta, pallide lutea utrinque acuminata ad lentem nitida. *Tab. IV.*

Germ. Pyramidenförmiger Kalkkrystall, mit einer vollen bleichgelben an beyden Enden zugespitzten und unter dem Vergrößerungsglase glänzenden Pyramide. *Fig. 3.*

Habitat in P. S.

Corpora semiunciam longa, duas lineas crassa, interne albida, latere insidentia Quarzo crystallisato, plerumque solitaria, superficie fibrosa. Media horum pars quandoque pentagona est.



Tab. 169. CRYSTALLUS calcaria turrita : pyramide farc-
IV. ta alba sublucida plerumque pentagona.

Fig. 4. Germ. Pyramidenförmiger Kalkkrystall, mit einer vollen weissen etwas glänzenden meist fünfeckigen Pyramide.

Habitat in T. S.

Pyramides prostratae & adscendentes, aggregatae, cohaerentes, semiunciam longae, constant rhombis exiguis lucidis. Eadem terra in eodem specimine constituit grana accumulata albida.

Tab. 170. CRYSTALLUS calcaria turrita : pyramide farc-
IV. ta alba subpellucida utrinque acuminata.

Fig. 5. Germ. Pyramidenförmiger Kalkkrystall, mit einer vollen weissen, etwas durchsichtigen beyderseits zugespitzten Pyramide.

Habitat in P. S.

Crytalli pentagonae, cohaerentes, unciales, albidae, infident Pseudogalenae, & Superficiem gerunt exiguis trigonis prominentiis dense aculeatam.

Tab. 171. CRYSTALLUS calcaria turrita : pyramide farc-
IV. ta alba levi supra medium trigona.

Fig. 6. Germ. Pyramidenförmiger Kalkkrystall, mit einer vollen weissen glatten Pyramide, die über der Mitte dreyeckig ist.

Habitat in T. S.

Tessera excolor, levigata, infra medium convergens & terminata pyramide exigua trigona.

Tab. 172. CRYSTALLUS calcaria turrita : pyramide farc-
IV. ta alba pentagona levi basi crytallis rhombeis parvis flavescens aspera.

Fig. 7. Germ. Pyramidenförmiger Kalkkrystall, mit einer vollen weissen fünfeckigen glatten Pyramide, die an der Grundfläche mit kleinen gelblichten raufenförmigen Krystallen besetzt ist.

Habitat

Habitat circa *Glasbütten* haud procul *Schemnicio* in novo cuniculo prope pontem, nunc derelicto.

Cryſtalli plures ſunt parvis cryſtallis Quarzi inſidentes, ſemiunciam longæ, quibus ad baſim adhærent teſſeræ rhombeæ imbricatæ, vix lineam latæ.

Similes cryſtallos vidi etiam incluſas Glacie Mariæ in *Antoni de Padua Stollen* nuper inventas.

173. CRYSTALLUS calcaria turrita: pyramide farcta alba ſtriata aculeata, ſimplici & ramoſa. Tab. IV. Fig. 8.
Germ. Pyramidenförmiger Kalkkriſtall, mit einer vollen weißen geſtreiften ſtächlichten einfachen und äſtigen Pyramide.

Habitat cum priore.

Pyramides confluentes, figura magnitudine & ſitu diverſæ. Hinc apex modo diviſus in ſegmenta trigona, modo vero efferens teſſeras parvas, trigonas, aculeis ſimiles. Præterea differt a priore ſuperficie corticata; Cortice tenui, ſtriato, pallide luteo.

174. CRYSTALLUS calcaria turrita: pyramide farcta, alba pentagona ſubpellucida. Tab. IV. Fig. 9.
Germ. Pyramidenförmiger Kalkkriſtall, mit einer vollen weißen fünfeckigen etwas durchſichtigen Pyramide.

Habitat in T. S.

Cryſtalli magnæ, mediocres & parvæ, nunc nudæ, nunc minores pariter trigonas Cryſtallos emittentes, nunc vero parvis cryſtallis Quarzi terminatæ.

175. CRYSTALLUS calcaria turrita: pyramide farcta alba pellucida hexagona; apice pariter hexagona. Tab. IV. Fig. 10.
Germ. Pyramidenförmiger Kalkkriſtall, mit einer vollen weißen durchſichtigen ſechſeckigen Pyramide, deren Spitze gleichfalls ſechſekig iſt.

Habitat in T. S.

Cryſtalli aggregatæ, vix ſemiunciales, convergentes, 5. -- 6. planis inſtructæ ac terminatæ pyramide brevi, totque



que planis instructæ, quot sunt in columna. Specimen hoc in Fodinis nostris valde rarum est.

176. CRYSTALLUS calcaria turrita: pyramide farcta, alba trigona; superficie rhombis prominulis imbricatis aspera lucidaque.

Germ. Pyramidenförmiger Kalkkristall, mit einer vollen weißen dreyekigen Pyramide, und einer von hervorragenden auf einander liegenden Rauten rauchen und glänzenden Oberfläche.

Habitat in P. S.

Spatum album, pyritosa grana hinc inde includens, nunc constituit pyramides prædictas, nunc vero grana, nec non lamellas componit.

177. CRYSTALLUS calcaria turrita: pyramide farcta albida sublucida aspera & nodosa.

Germ. Pyramidenförmiger Kalkkristall, mit einer vollen weißen etwas glänzenden rauchen und knotigen Pyramide.

Habitat in P. S.

Pyramides parvæ ex rhombis sublucidis, albidis, quandoque tamen fusco-rubente polline adpersis.

178. CRYSTALLUS calcaria turrita: pyramide farcta albida trigona lucida.

Germ. Pyramidenförmiger Kalkkristall, mit einer vollen weißen dreyekigen glänzenden Pyramide.

Habitat in P. S.

Crytalli solitariae, nec non invicem cohærentes; superficie ex rhombis lucidis, prominulis.

179. CRYSTALLUS calcaria turrita: pyramide farcta flava trigona aureo nitore fulgida.

Germ. Pyramidenförmiger Kalkkristall, mit einer vollen gelben dreyekigen wie Gold glänzenden Pyramide.

Habitat in P. S.

Pyra-

Pyramides trigonæ, duas lineas longæ, congestæ & connatæ. Superficies ad lentem aspera angulis rhomborum prominentium. Nitor aureus metallicus huic peculiaris.

180. CRYSTALLUS calcaria turrita : pyramide facta pallide lutea nitente.

Germ. Pyramidenförmiger Kalkkrystall, mit einer vollen bleichgelben glänzenden Pyramide.

Habitat in P. S.

Spatum hoc constat pyramidibus utroque apice attenuatis, parvis, lucidis, ex rhombis exiguis.

181. CRYSTALLUS calcaria turrita : pyramide facta alba, crystallis parvis trigonis undique aculeata. Tab. IV.

Germ. Pyramidenförmiger Kalkkrystall, mit einer vollen weissen Pyramide, die allenthalben von kleinen Dreyecken stachlicht ist. Fig. 11

Habitat in T. S.

Corpus spatiosum conicum, exiguis pyramidibus a basi ad apicem usque echinatum.

B. Pyramide inani seu cavitate donata.

182. CRYSTALLUS calcaria turrita : pyramide inani crustacea grisea : crusta in corpus trigonum pyramidibus pariter trigonis parvis inanibus echinatum elevata. Tab. IV. Fig. 12

Germ. Pyramidenförmiger Kalkkrystall, mit einer hohlen rindenförmigen grauen Pyramide, deren Rinde sich in einen dreyeckigen gleichfalls mit dreyeckigen kleinen hohlen Pyramiden besetzten Körper erhebet.

Habitat in *Fensterort*.

Crusta levis, tenuis, fusco-grisea, elevata in trigona, aut subtrigona corpora, ex quibus pyramides parvæ, aculeorum ad instar, undique efflorescunt.



- Tab. 183. CRYSTALLUS calcaria turrita : pyramide inani
 IV. albidā basi pentagona apice divisa in segmenta trigona
 Fig. 13 rhombis nitidis manifestis composita.

Germ. Pyramidenförmiger Kalkkristall, mit einer hohlen weißlichten Pyramide, die an der Grundfläche fünfeckig, an der Spitze aber in dreyeckige Einschnitte, welche aus glänzenden sichtbaren Rauten zusammen gesetzt sind, zertheilet ist.

Habitat ibidem.

Crusta albidā, lineam crassā constituit corpus cavum, basi pentagonum. Hujus superficies interna nitens dimittit superne corpuscula difformia, stalactitis ad instar dependentia. a a a). Externa superficies terra rudi hinc inde adpersa est, quæ nitorem rhomborum superficialium non parum obscurat. Suprema pars hujus corporis extollit trigona, b b) cava, pariter nitida.

In Spiritu Nitri notabiliter effervesceit, quod notare volui, ne pro Quarzo habeatur.

- Tab. 184. CRYSTALLUS calcaria turrita : pyramide inani
 IV. papyracea albidā opaca.

Fig. 14 *Germ.* Pyramidenförmiger Kalkkristall, mit einer hohlen sehr dünnen weißlichten undurchsichtigen Pyramide.

Habitat in P. S.

Valde tenuis, opaca, nec nitida crusta, constituit pyramides trigonas, parvas, plerumque simplices. Quædam tamen simul unitæ & ita connatæ sunt, ut ramosæ videantur.

Cum acidis levissime effervesceit, & adhæret Quarzō crystallifato.

- Tab. 185. CRYSTALLUS calcaria turrita : pyramide inani
 IV. papyracea rufescente subnitida.

Fig. 15 *Germ.* Pyramidenförmiger Kalkkristall, mit einer hohlen sehr dünnen braunröthlichten etwas glänzenden Pyramide.

Habitat in P. S.

Differt

Differt a priore pyramidibus minoribus, aggregatis, non ramosis, nitidis & rufo colore tinctis.

186. CRYSTALLUS calcaria turrita : pyramide inani papyracea lutea basi pentagona.

Germ. Pyramidenförmiger Kalkkrystall, mit einer hohlen sehr dünnen gelben an der Grundfläche fünfeckigen Pyramide.

Habitat in P. S.

Crusta admodum tenuis constituit corpora apice trigona, basi pentagona, erecta & prostrata. Trigona decumbentia, utrinque acuminata, hinc in medio crassiora.

187. CRYSTALLUS calcaria turrita : pyramide inani papyracea alba basi pentagona.

Germ. Pyramidenförmiger Kalkkrystall, mit einer hohlen sehr dünnen weißen an der Grundfläche fünfeckigen Pyramide.

Habitat in P. S.

Major priore est, nec non albida, opaca, subnitens.

188. CRYSTALLUS calcaria turrita : pyramide inani papyracea, subcinerea, basi pentagona, globulos exiguos pyritosos hinc inde sustinente.

Germ. Pyramidenförmiger Kalkkrystall, mit einer hohlen sehr dünnen graulichten Pyramide, die an der Grundfläche fünfeckig ist, und auf welcher hin und wieder kleine Kieskugeln ansitzen.

Habitat in P. S.

Pyramides quatuor & quinque lineas longæ, simul plures, eæque nunc erectæ, nunc decumbentes. Quæ decumbunt, utrinque attenuatæ sunt & apice quandoque incisæ ac subdentatæ. Superficies particulis exiguis, prominulis granulata. Eidem passim insident massulæ rotundæ, pyritosæ, lucidæ.

Cum acidis leviter effervesceit.



189. CRYSTALLUS calcaria turrita : pyramide inani papyracea pallide lutea pyritoso cortice tecta.

Germ. Pyramidenförmiger Kalkkristall, mit einer hohlen sehr dünnen bleichgelben von einer Kiesrinde überzogenen Pyramide.

Habitat in P. S.

Quarzo lacteo, nodoso superinducta Crusta tenuis constituit pyramides basi pentagonas, apice trigonas, tres aut quatuor lineas longas, tectasque cortice pyritoso, cui terra grisea rudis instrata.

Tab. 190. CRYSTALLUS calcaria turrita : pyramide inani
V. papyracea rufa utrinque attenuata simplici & ramosa.

Fig. 1. *Germ.* Pyramidenförmiger Kalkkristall, mit einer hohlen sehr dünnen braunrothen beyderseits zugespitzten einfachen und ästigen Pyramide.

Habitat in P. S.

Crusta nunc constituens pyramides prædictas, numerosas, aggregatas, nunc vero corpora cubica inania, quorum alibi mentio fiet.

Tab. 191. CRYSTALLUS calcaria turrita : pyramide inani
V. papyracea albida variis stratis subinde composita.

Fig. 2. *Germ.* Pyramidenförmiger Kalkkristall, mit einer hohlen sehr dünnen weißlichten zuweilen aus verschiedenen Lagen zusammen gesetzten Pyramide.

Habitat in P. S.

CrySTALLIS Quarzi adherent pyramides dictæ, opacæ, mediocris magnitudinis, solitariae & coalitæ, ac modo unica, modo vero binis & tribus crustis composita.

Tab. 192. CRYSTALLUS calcaria turrita : pyramide inani
V. papyracea pallide lutea, superficie rugosa.

Fig. 3. *Germ.* Pyramidenförmiger Kalkkristall, mit einer hohlen sehr dünnen bleichgelben Pyramide, und einer runzlichten Oberfläche.

Habitat in P. S.



Pyramis prostrata, semiunciam quoque longa includit in meo specimine Crystallos quarzofas, exiguas. Superficies transversim rugosa & quasi fibrosa.

193. CRYSTALLUS calcaria turrita: pyramide inani papyracea trigona & pentagona flavescente; superficie ad lentem rhombis exiguis nitidis aspera. Tab. V.
Fig. 4.

Germ. Pyramidenförmiger Kalkkristall, mit einer hohlen sehr dünnen drey- und fünfeckigen gelblichten Pyramide, und einer unter dem Vergrößerungsglase von kleinen glänzenden Rauten rauch scheinenden Oberfläche.

Habitat in P. S.

CrySTALLIS Quarzi insident dictæ pyramides duas tresve lineas longæ albidae, aut ochraceo colore tinctæ.

194. CRYSTALLUS calcaria turrita: pyramide inani papyracea fusca nitente.

Germ. Pyramidenförmiger Kalkkristall, mit einer hohlen sehr dünnen braunen glänzenden Pyramide.

Habitat in P. S.

Crusta tenuis efficit corpora trigona exigua numerosa, prominentiis particularum lucidarum ubique exasperata & metallico nitore fulgida.

195. CRYSTALLUS calcaria turrita: pyramide inani papyracea flavescente nitida.

Germ. Pyramidenförmiger Kalkkristall, mit einer hohlen sehr dünnen gelblichten glänzenden Pyramide.

Habitat in P. S.

Varie complicata, flavescent crusta educit passim pyramides parvas, concolores.

196. CRYSTALLUS calcaria turrita: pyramide inani papyracea cinerascens; superficie angulis rhomborum prominentium ad lentem aspera.

Germ. Pyramidenförmiger Kalkkristall, mit einer hohlen sehr dünnen graulichlichten Pyramide, und einer unter



unter dem Vergrößerungsglase von hervorragenden Rauteneken rauch scheinenden Oberfläche.

Habitat in P. S.

Turriculæ albidæ exiguæ, nudo oculo vix nitidæ & aggregatæ.

197. CRYSTALLUS calcaria turrita : pyramide inani papyracea albida.

Germ. Pyramidenförmiger Kalkkristall, mit einer hohlen sehr dünnen weißlichten Pyramide.

Habitat in P. S.

Crusta albida, rudis, opaca, obtegens crystallos quarzofas, educit pyramides concolores, numerosas exiguas, granis similes & in acido Nitri facile solubiles.

198. CRYSTALLUS calcaria turrita : pyramide inani papyracea opaca magna basi pentagona.

Spatum hoc, cujus mentionem feci in Principiis meis mineralogicis, valde ponderosum est, & constat rhombis perfosis passim ab aciculis Mineræ stibii, quam comitatur. Magnitudine & situ multum variat, ut ex icona patet.

308. CRYSTALLUS gypsea rhombea : tesseriis molli-
bus pellucidis magnis.

Gypsum spatiosum diaphanum. CRONSTEDT. *Min.* §. 18. 1.

Germ. Rautenförmiger Gypskristall, mit weichen durchsichtigen großen Kristallen.

Habitat circa *Butsch*.

Cryalli sunt inter congeneres maximæ, nec raro semipedales, ungue rasiles, ac corpora peregrina quandoque includentes, quod & D - a BORN observavit.

309. CRYSTALLUS gypsea rhombea : tesseriis subpellucidis pyrite incrustatis marginatis : margine lacteo nudo. Tab. VIII.

Germ. Rautenförmiger Gypskristall, mit etwas durchsichtigen von Kies überzogenen eingefassten Kristallen, deren Einfassung milchfärbig und bloß ist.

Habitat



Habitat in M. S.

Rhombi simul plures, diversimode locati gerunt plana majora ac opposita pyritoso polline dense adpersa, dum marginalia nuda sunt, opaca & lacteo colore tincta.

310. CRYSTALLUS gypsea rhombea : tesseris subopacis lacteis pyrite undique incrustatis.

Germ. Rautenförmiger Gypskristall, mit etwas undurchsichtigen milchfärbigen überall von Kies bedekten Kristallen.

Habitat ibidem.

Huic Crystalli omnino lacteæ unicolores & pyritoso polline undique adpersæ.

311. CRYSTALLUS gypsea rhombea : tesseris pellucidis tenuibus nitidis.

Gypsum lamellosum : lamellis tetraedis albis diaphanis tenuissimis. BORN. *Mus.* p. 17.

Germ. Rautenförmiger Kalkkristall, mit durchsichtigen dünnen glänzenden Kristallen.

Habitat in P. S. aliisque fodinis.

Tab. Crystalli nitidæ, diaphanæ Quarzo subseffili & echinato insidentes.

Fig. 5. In P. S.

Fig. 6. Eadem minores crystallis Quarzi adnatæ, In *Kremnitz*.

Fig. 7. Pyriti insidentes. Ex *Privani-Schacht Kremnicii*.

Fig. 8. Minutæ, planis majoribus adnatæ Crystallis Quarzi basi imbricatis.

Ex *Fodinis Kremnicensibus*.

O R D O III.

L A M E L L O S Æ.

Tessera subrhombea, admodum tenuis aut margine attenuata.

312. CRYSTALLUS gypsea lamellosa : lamellis rubiginosis alteri Corpori rhombeo corticato insidentibus. *Tab. VIII.*
Germ. Blätteriger Gypskristall, mit rothfärbigen Blättern, die auf einem andern rautenförmigen überzogenen Körper ansitzen. *Fig. 9.*

Habitat in P. S.

Lit. a) ostendit rhombum majorem, cui insident lamellæ b) duas lineas latæ & ochraceo colore tinctæ,

313. CRYSTALLUS gypsea lamellosa : lamellis subpellucidis nitidis albidis. *Tab. IX.*
Germ. Blätteriger Gypskristall, mit etwas durchsichtigen glänzenden weißlichten Blättern. *Fig. 1.*

Habitat in M. S.

Lamellæ breves, aggregatæ, erectæ, excolores, diversimode collocatæ.

314. CRYSTALLUS gypsea lamellosa : lamellis imbricatis flavedine aliqua tinctis. *Tab. IX.*
Germ. Blätteriger Gypskristall, mit auf einander liegenden etwas gelb gefärbten Blättern. *Fig. 2.*

Habitat ibidem.

Pyritem perpetuo comitatur & constat lamellis tres circiter lineas latis, tenuibus, subpellucidis, nunc cumulat, nunc vero eleganti habitu arbusculas referentibus.

Variat Colore albo.

315. CRYSTALLUS gypsea lamellosa : lamellis nitidulis ochraceis Quarzo stalactiteo insidentibus. *Tab. IX.*
Habitat in P. S. *Fig. 3.*

Lamellis prædictis insident in meo specimine Globuli exigui pyritosi, icone expressi.

316. CRYSTALLUS gypsea lamellosa : lamellis imbricatis rotundatis albidis pyriti globuloso insidentibus. *Tab. IX.*
Germ. Blätteriger Gypskristall, mit auf einander liegenden rundlichten weißlichten auf Kieskugeln sitzenden Blättern. *Fig. 4.*

M

Habitat



Habitat in P. S.

Globus pyritosus a) radiatus lamellis descriptis convexis & imbricatis.

317. CRYSTALLUS gypsea lamellosa : lamellis crassiusculis margine attenuatis opacis albidis ochraceo poline adspersis.

Germ. Blätteriger Gypskristall, mit etwas diken am Rande ausgedehnten undurchsichtigen weißlichten von einem blei- oder erdfarbenen Staub bestreuten Blättern.

Habitat in P. S.

Lamellæ 5. — 6. lineas in medio crassæ, extrorsum tenuiores, copiosæ, erectæ & inclinatæ.

O R D O IV.

C R I S T A T Æ.

Crytallus cristata. RICHT. *Mus.* p. 173.

Tessera rhombea magnitudine insigni, crytallis Quarzi exiguis corticata.

318. CRYSTALLUS gypsea cristata : crista subpellucida crytallis Quarzi majoribus echinata.

Germ. Kammförmiger Gypskristall, mit einem etwas durchsichtigen Kämme, der von grossen Quarzkristallen gleichsam stachlicht ist.

Habitat in P. S.

Embryo gypseus albidus, fractura nitens lamellosus. Crytallos quarzofas, incrustantes sublaetæ prismaticæ, duas fere lineas crassæ.

Tab.

319. CRYSTALLUS gypsea cristata : cristis subro-

IX. tundis imbricatis.

Fig. 5. *Germ.* Kammförmiger Gypskristall, mit etwas runden auf einander liegenden Kämmen,

Habitat



Habitat in P. S.

Cristæ vix semiunciales, accumulatae, connatae, excolores, tuberculis quodammodo similes, crystallis parvis corticatae.

320. CRYSTALLUS gypsea cristata : cristis rotundatis amplis. Tab. IX.

Germ. Kammförmiger Gypskristall, mit rundlichten grofsen Kämmen. Fig. 6.

Habitat in P. S.

Huic embrio gypseus tenuis, substantia ut plurimum quarzosa, ambitus rotundatus, latitudo vero etiam biuncialis.

321. CRYSTALLUS gypsea cristata : cristis minoribus; embrione livido.

Germ. Kammförmiger Gypskristall, mit kleinen Kämmen, und einem blaulichten Kerne.

Habitat in P. S.

Cristæ vix semiunciam longæ, crystallis quarzosis parvis vitreis echinatae. Hisce insident aliae Tesserae parvae, rhombeae flavo colore tinctæ.

322. CRYSTALLUS gypsea cristata : cristis tetragonis obsolete corticatis. Tab. IX.

Germ. Kammförmiger Gypskristall, mit viereckigen etwas überzogenen Kämmen. Fig. 7.

Habitat in P. S.

Situs cristarum varius; quædam enim parallelæ decurrunt, aliae ad angulum modo rectum, modo vero obliquum se se contingunt, ideoque spatia interjecta nunc trigona & nunc tetragona adparent. His color lacteus, & matrix gypsea, fractura nitens.

323. CRYSTALLUS gypsea cristata : cristis rotundatis uno latere spato leproso fusco incrustatis.



Germ. Kammförmiger Gypskristall, mit rundlichten auf einer Seite von rindenförmigen braunen Spate überzogenen Kämmen.

Habitat in P. S.

Crystallorum magnitudine & colore convenit cum priore, differt vero in eo, quod cristæ quædam prodeant e basi, aliæ vero ex plana facie alterius majoris. Situs his pariter varius, & spatia interjecta pleraque trigona.

324. CRYSTALLUS gypsea cristata: cristis subinani-
bus pyrite adpersis.

Germ. Kammförmiger Gypskristall, mit schier leeren von Kies angeflogenen Kämmen.

Habitat in P. S.

Cristarum pars aliqua inanis, alia embrionata. Latus saltem unum granulis pyritosis plus minus adpersum.

325. CRYSTALLUS gypsea cristata: cristis inanibus.

Germ. Kammförmiger Gypskristall, mit leeren Kämmen.

Habitat in P. S.

Lamellæ tenues, quarzosa, parallelæ, binatæ, crystallis quarzosis parvis plus minus corticatae & utraque extremitate coherentes spatium relinguunt nunc penitus inane, nunc vero alba, friabili, & gypsea terra repletum.

O R D O V.

C U B I C A E.

326. CRYSTALLUS gypsea cubica: cubis albidis.

Gypsum crystallifatum cubicum album opacum. BORN.
Mus. p. 16.

Germ. Würflichter Gypskristall, mit weißlichten Würfeln.

Habitat in Herregrund.

Lapis

Lapis micaceus, Quarzo Argilla & Calce constans, fissuras habet, quas incrustat Gypsum lamellosum subcarneum, cui parvi & albi cubi passim insident.

327. CRYSTALLUS gypsea cubica: cubis flavescentibus.

Gypsum crystallisatum cubicum flavesceus. BORN.
Mus. l. c.

Germ. Würflichter Gypskristall, mit gelblichten Würfeln.
Habitat in Kapnik.

Differt a priore, quod lamellis destituta sit, & crystallis majoribus constet.

328. CRYSTALLUS gypsea cubica: cubis aureo colore fulgidis.

Gypsum crystallisatum cubicum, cubis nitentibus, superficie aurea. BORN. *Mus.* l. c.

Germ. Würflichter Gypskristall, mit Würfeln, die wie Gold glänzen.

Habitat ad Alt - S. Antoni de Padua Stollen prope Schemnicium.

Superficie cuborum aureo colore fulgida differt a priore.

ORDO VI.

HEXAGONÆ.

329. CRYSTALLUS gypsea hexagona; tesseriis amplis corticatis. *Tab.* IX.

Germ. Sechsekiger Gypskristall, mit grossen überzogenen Kristallen. *Fig.* 8.

Habitat in P. S.

Proxima cristatis, sed evidenter hexagona. Lit. a) ostendit embryonem gypseum, minutissimis Crystallis Quarzi undique testum.



- Tab. IX. Fig. 9. 330. CRYSTALLUS gypsea hexagona; tesseriis glaucis subpellucidis nitidis margine opacis lacteis.
- Crytalli gypseæ rhomboidales hexagonæ. GEOFFROY. *Act. Paris.* 1724. II. fig. 8. 9. 10. huc pertinent.
- Gypsum figuratum lamellosum album, lamellis pellucidis hexaedris. BORN. *Mus.* p. 17. *Tab. I. Fig. 12.*
- Gypsum crytallifaturn, figura parallelepipedæ hexangulæ. WALLER. *Min. Sp.* 49. 2.
- Germ.* Sechsekiger Gypskristall, mit blaulichten etwas durchsichtigen glänzenden Kristallen, deren Rand undurchsichtig und milchfärbig ist.
- Habitat* in P. S.

Tesseræ plures, diversimode unitæ, variæ magnitudinis, ita tamen, ut longitudo maxima vix uncialis sit. Harum crassities linea paulo major, margo lacteus, nec pellucens. Superficies perpetuo polita, nitens, lineas opacas lacteas marginalibus parallelas gerit, ac si tessera intra tesseram sepulta foret. Aliquando apex Tesseræ bifidus est, & tunc etiam anguli verticales intra eandem sepulti bifidi adparent. Pondere insigni accedit ad spatium ponderosum.

- Tab. X. Fig. 1. 331. CRYSTALLUS gypsea hexagona; tesseriis albugaucis subpellucidis nitidis imbricatis & decumbentibus.
- Germ.* Sechsekiger Gypskristall, mit weisbläulichten etwas durchsichtigen glänzenden auf einander und umliegenden Kristallen.

Habitat in P. S.

Differt a priore tesseriis crassioribus, prostratis & absque lineis concentricis.

332. CRYSTALLUS gypsea hexagona; tesseriis pallide glaucis intricatis proliferis.

Germ. Sechsekiger Gypskristall, mit bleichblauen in einander laufenden Kristallen, aus welchen noch kleinere hervor kommen.

Habitat in P. S.

Hexagona figura in hac minus evidens, at nitor & pondus idem. Ex his quædam simul coherent imbricatæ ac minores similesque crystallos educentes; aliæ vero solitariae, cum fociis tamen diversimode coherentes spatia trigona plerumque constituunt.

333. CRYSTALLUS gypsea hexagona; tesseriis parvis subpellucidis albidis Quarzo crystallifato adnatis.

Tab.
X.

Germ. Sechsekiger Gypskristall, mit kleinen etwas durchsichtigen weißlichten auf Quarzkristall angewachsenen Kristallen.

Fig. 2.

Habitat in P. S.

Tesseræ parvæ, absque margine decolore, vix glaucæ, imbricatæ, insident Crystallis Quarzi, quas fere penitus obducunt.

334. CRYSTALLUS gypsea hexagona; tesseriis subpellucidis flavescens margine albidis.

Germ. Sechsekiger Gypskristall, mit etwas durchsichtigen gelblichten am Rande weißlichten Kristallen.

Habitat in P. S.

Convenit cum priore, soloque colore ferrugineo diversa est.

335. CRYSTALLUS gypsea hexagona; tesseriis opacis albis.

Germ. Sechsekiger Gypskristall, mit undurchsichtigen weißen Kristallen.

Habitat in P. S.

Parvæ sunt & Quarzo insidentes, ut prior species, sed penitus albæ, ad lentem duntaxat nitidæ, nec pellucidæ.



O R D O VII.

P R I S M A T I C Æ.

Columna mollis, longitudinaliter fissilis, plerumque pellucida, subhexagona caeli ad instar truncata; planis duobus oppositis latioribus.

Tab. 336. CRYSTALLUS gypsea prismatica; columnis
X. concentricis argillæ insidentibus.

Fig. 3. Crystalli gypseæ prismaticæ tetragonæ. GEOFFROY.
Act. Paris. A. 1724. II. p. 287. Fig. 4. 5. 6.

Natrum lapidosum gypseo - spatosum decaedrum prismaticum flexile, particulis spatosis oppositis.
LINN. *Syst. Nat. III. p. 90. 7.*

Gypsum crystallifatum album, columnis decumbentibus concentratis in argilla communi. BORN.
Mus. p. 15.

Spatum prismaticum hexaedrum oblique obtusum.
GERHARD. *Beyträge. p. 274.*

Germ. Prismatischer Gypskristall, mit concentrischen in Thon liegenden Säulen.

Habitat in P. S.

Columnæ plures simul ex uno puncto radiorum ad instar expansæ, unciam quoque longæ, ac lineam unam latæ, argillæ flavæ insidentes.

Tab. 337. CRYSTALLUS gypsea prismatica; columnis
X. subconcentricis basi attenuatis.

Fig. 4. *Germ.* Prismatischer Gypskristall, mit fast concentrischen an der Grundfläche dünn zulaufenden Säulen.

Habitat in P. S.

Crystalli vix semiunciam longæ, divergentes, partim excolores, partim vero pallide ferrugineæ, saxo insidentes.

Tab. 338. CRYSTALLUS gypsea prismatica; columnis te-
X. nuibus sparsis.

Fig. 5.

Germ.



Germ. Prismatischer Gypskristall, mit dünnen zerstreuten Säulen.

Habitat in P. S.

Spatio leproso griseo insident prismata tenuia, ad lentem subhexagona, ascendunt & prostrata.

339. CRYSTALLUS gypsea prismatica; columnis fasciculatis concentricis albis. *Tab. X.*

Germ. Prismatischer Gypskristall, mit bündelförmigen concentrischen weissen Säulen. *Fig. 6.*

Habitat in P. S.

Fasciculi crystallorum vix uncialium, quibus color albidus & substantia eadem, quæ in priore. Insident Quarzo ochra ferri colorato.

340. CRYSTALLUS gypsea prismatica; columnis concentricis alteri impositis. *Tab. X.*

Germ. Prismatischer Gypskristall, mit concentrischen an einander lehenden Säulen. *Fig. 7.*

Habitat in P. S.

Hexagona, basi attenuata columna adhæret alteri crassiori, cum qua angulum acutum constituit.

341. CRYSTALLUS gypsea prismatica; columnis crassioribus sparsis. *Tab. X.*

Germ. Prismatischer Gypskristall, mit dikern zerstreuten Säulen. *Fig. 8.*

Habitat in P. S.

Columnæ subhexagonæ intra fissuram lapidis, cujus parietibus utroque apice adhærent.

342. CRYSTALLUS gypsea prismatica; columnis hexagonis crassis. *Tab. X.*

Germ. Prismatischer Gypskristall, mit sechsekigen diken Säulen. *Fig. 9.*

Habitat in P. S.

Prismata hæc uncia breviora, nec non tres & quatuor lineas lata, nec adeo pura & pellucida, ut in priore.



Tab. 343. CRYSTALLUS gypsea prismatica ; columnis
X. brevibus crassis.

Fig. 10 *Germ.* Prismatischer Gypskristall , mit kurzen diken Säulen.

Habitat in P. S.

Insident Spato lamelloso admodum crassæ & semiunciam longæ columnæ ; quarum crassities tres lineas haud raro adæquat.

344. CRYSTALLUS gypsea prismatica ; columnis subhexagonis aggregatis fulvis.

Germ. Prismatischer Gypskristall , mit fast sechsekigen an einander gehäuften feuerrothen Säulen.

Habitat in M. S.

Crytalli congestæ , intricatæ , fere unciales , lineam unam duasve crassæ , non omnino pellucidæ ac rufo colore tinctæ insident pyriti ochra ferri fulva adsperso.

Tab. 345. CRYSTALLUS gypsea prismatica ; columnis
X. compressis marginatis : margine crenulato opaco albido.

Fig. 11 *Germ.* Prismatischer Gypskristall , mit zusammengedruckten am Rande gekerbten undurchsichtigen weislichten Säulen.

Habitat in *Finsterort*.

Columnæ fere unciales , tres lineas latæ , unam crassæ , prostratæ & adscendentes , sparsæ , subdiaphanæ , margine gaudent singulari eoque opaco , albido & sæpius crenulato. Ex his quædam excolores , aliæ vero ferrugineæ sunt.

Tab. 346. CRYSTALLUS gypsea prismatica ; columnis
X. opacis & subpellucidis ; margine albo æquali opaco.

Fig. 12 *Germ.* Prismatischer Gypskristall , mit undurchsichtigen und etwas durchsichtigen Säulen , deren Rand weiß ungekerbt und undurchsichtig ist.

Habitat in *Finsterort*.

Crytalli prædictæ nunc insident crustæ pyritosæ , porosæ , erosæ & varie plicatæ , quam etiam perforant ; nunc
vero

vero inhærent Lapidi & tunc breviores, crassiores, minusque puræ sunt.

347. CRYSTALLUS gypsea prismatica; columnis ensiformibus concentricis albidis. Tab. X.

Germ. Prismatischer Gypskristall, mit schwerdtförmigen concentrischen weislichten Säulen. Fig. 13

Habitat in M. S.

Cryalli diversæ longitudinis, excolores, concentricæ, non adeo pellucidæ.

348. CRYSTALLUS gypsea prismatica; columnis fasciculatis concentricis capillaribus. Tab. X.

Gypsum crystallisatum capillare. CRONSTEDT. *Min.* Fig. 14
§. 19. 2.

Germ. Prismatischer Gypskristall, mit haarförmigen concentrischen in Bündel zusammen gebundenen Säulen.

Habitat in P. S.

Fasciculi tenuium crystallorum terræ pallide luteæ, induratæ insidentes. Columnæ ipsæ lucidæ, puræ, variæ magnitudinis, ab uno centro plurimæ radiatim exeuntes.

349. CRYSTALLUS gypsea prismatica; columnis setaceis brevissimis.

Germ. Prismatischer Gypskristall, mit borstenförmigen sehr kurzen Säulen.

Habitat in P. S.

Insident Quarzo setulæ gypseæ, brevissimæ, pilis similes, excolores, aggregatæ.

350. CRYSTALLUS gypsea prismatica; columnis maximis argillæ insidentibus. Tab. XL

Germ. Prismatischer Gypskristall, mit sehr grossen auf Thon sitzenden Säulen, Fig. 1.

Habitat in M. S.



Crystalli compositæ, crassitie & longitudine congenere omnes longe superantes & corpora opaca, nigra non raro includentes.

Tab. 351. CRYSTALLUS gypsea prismatica; columnis
 XI. glaucis brevibus connatis nitidis.
 Fig. 2. Germ. Prismatischer Gypskristall, mit blaulichten kurzen
 zusammen gewachsenen glänzenden Säulen.

Habitat in Finsterort.

Comitatur ditiores Argenti mineras & constat crystal-
 lis connatis, imbricatis & subhexagonis.



DISTRI-

D I S T R I B U T I O I I I .
Q U A R Z O S Æ .

CUM ALCALI FIXO IN IGNE VITRESCENTES.

O R D O I .
L E G I T I M Æ .

Cryſtallus priſmatica ; columna hexagona : planis plerumque tetragonis , terminata pyramide nunc hexagona : planis trigonis ; nunc trigona : angulis baſi truncatis. Eſt & Cryſtallus eadem utrinque pyramidata & tunc non in hærens matrici , ſed latere eidem incumbens , aut cum ſimilibus alicubi cohærens.

A. Simples. ſ. non ramaſæ.

* *Matrice deſtituta.*

352. CRYSTALLUS quarzofa ſimplex ; ſubrotunda utrinque pyramidata ; columna obliterata. Tab. XII.

Quarzum cryſtalliſatum purum hexaedrum diaphanum utrinque pyramidatum , columna nulla intermedia , cryſtallis ſolitariis. BORN. *Muſ.* p. 23. Fig. 1.

Nitrum lapidoſum quarzofum octodecaëdruſ hyalinum. LINN. *Syſt. Nat.* p. 84. Var. δ . ϵ . *Tab.* I. Fig. 2. 3.

Cryſtallus Pſeudoadamas. *Princip. Min.* p. 49.

Germ. Einfacher rundlichter Quarzkriſtall , mit einer beyderſeitigen Pyramide und unkenntlichen Säule.

Habitat in *Marmaros* & *Montibus Carpatidis*.

Puriſſima , argillæ plerumque in hærens , nunc columnam magis evidentem gerit a) , nunc obliteratam ſeu minus conſpicuam b) nunc vero , idque admodum raro , omnino nullam c) .

Num. 1. oſtendit unum latus , *Num.* 2. autem aliud eidem oppoſitum.



Tab. 353. CRYSTALLUS quarzosa simplex prisinatica ;
XII. minoribus aliis adnatis.

Fig. 2. *Germ.* Einfacher prisinatischer Quarzkristall, an welchen andere kleinere angewachsen sind.

Habitat in T. S.

Constat pluribus crystallis latere coherentibus, utrinque pyramidatis, nullamque cicatricem ostendentibus, quæ doceret: Matrīci aliquando inhæsisse.

** *Matrici insidentes.*

a) *Prismaticæ.*

Columna nitriformi; lineis lateralibus parallelis.

354. CRYSTALLUS quarzosa simplex aggregata parva in tubera coadunata; pyramide trigona subacauli.

Germ. Einfacher zusammen gehäufte kleiner Quarzkristall, so in Höcker verwachsen und mit einer dreyekigen Pyramide fast ohne Säule versehen ist.

Habitat in P. S.

Crusta crassa, spongiosa, elevat inæqualia & crebra tubera, quorum superficies constat crystallis exiguis conatis & flavo polline hinc inde adpersis. Pollen hic stipticus ex pyrite in Vitriolum dilapso. Habitus spatii, crystallorum vero structura sola lente conspicua.

355. CRYSTALLUS quarzosa simplex exigua flavescens; pyramide trigona subacauli.

Germ. Einfacher kleiner gelblicher Quarzkristall, so mit einer dreyekigen Pyramide fast ohne Säule versehen ist.

Habitat in P. S.

Quarzum excolor, subopacum elevat tubercula multa, coadunata, quorum superficies undique echinata est crystallis prædictis, quarum pyramis constat ut plurimum planis tribus, trigonis, subæqualibus.

356. CRYSTALLUS quarzosa simplex subacaulis minuta plumbeo colore tincta.

Germ.



Germ. Einfacher kleiner Quarzkristall fast ohne Säule, mit einer Bleyfarbe.

Habitat in P. S.

Quarzi superficies tuberculosa : tuberculis depressis & undique testis Crystallis exiguis, subacaulibus, glauco-plumbeo colore tinctis.

357. CRYSTALLUS quarzosa simplex aggregata ; *Tab.*
pyramide hexagona subacauli. *XII.*

Crystalli aggregatæ sessiles, apice hexagono. AR- *Fig. 3.*
GENV. *Oryctolog.* P. II. p. 164. *Tab. IV. Fig. 3.* — 4.

Crystallus Quarzi hexagona, pyramide unica. TOR-
RUB. *Hist. Nat. Hiss.* T. I. *Tab. XIII. Fig. 7.*

Germ. Einfacher zusammen gehäufter Quarzkristall, so mit einer sechsekigen Pyramide fast ohne Säule versehen ist.

Habitat in *Podinis Hoderitzia.*

Quarzum subtus vestigiatum elevat plurimas Crystallolos piso non majores, excolores, connatas & brevissima columna instructas, quarum pyramis constat 6 planis trigonis æqualibus aut subæqualibus.

Variat 1) Matrice amethystina & Crystallis majoribus.

2) Superficie infera minime vestigiata, fusco-rufescente & granulata Crystallis quarzosis minimis.

358. CRYSTALLUS quarzosa simplex aggregata brevicaulis amethystina crusta ferruginea crystallina obteeta.

Germ. Einfacher zusammen gehäufter Quarzkristall mit einer kurzen Säule und amethystfarbe, so von einer rostfärbigen Kristallrinde bedeckt ist.

Habitat in *Finsterort.*

Quarzum amethystinum edūcit copiosas, brevesque crystallos, quibus columna brevis, pyramis autem trigona. Harum superficies tota obducta est crusta micante, fusco-ferruginea, ex minimis crystallulis pariter quarzosis coagmentata.



359. CRYSTALLUS quarzosa simplex solitaria; planis æqualibus; pyramide trigona.

Germ. Einfacher einzelner Quarzkristall, mit gleichen Flächen und einer dreyekigen Pyramide.

Habitat in T. S.

Columna excolor, corpora squamulis similia subopaca quandoque includens, constat planis tribus, tetragonis, totidemque intermediis pentagonis. Pyramis composita est planis tribus trigonis, in medio erosis; angulis baseos inæqualiter truncatis. Crassities columnæ fere semiuncialis, basis vero minus pellucida ac spato albo subinde incrustata.

Tab.

XII.

360. CRYSTALLUS quarzosa simplex solitaria; planis subæqualibus; pyramide trigona integra.

Fig. 5. Germ. Einfacher einzelner Quarzkristall, mit fast gleichen Flächen und einer vollkommenen dreyekigen Pyramide.

Habitat in T. S.

Crytallus pellucida, biuncialis, lineas decem crassa; planis tribus alternis tetragonis, apice dilatatis; aliis vero subpentagonis & convergentibus. Pyramis plana inæqualia sunt, nec scrobiculata.

361. CRYSTALLUS quarzosa simplex solitaria; planis alternis duplo majoribus; pyramide trigona: planis æqualibus basi truncatis.

Crytallus, cujus plana intermedia majora. STENO.
Prodr. Diff. p. 60.

Germ. Einfacher einzelner Quarzkristall, mit wechselweisen zweymal größeren Flächen, und einer dreyekigen Pyramide, deren Flächen gleich und an der Grundfläche abgestumpft sind.

Habitat in T. S.

Columna uncialis, basi opaca & amethystino colore tincta, supra medium excolor & diaphana, lineas 4. — 5. crassa; planis omnibus tetragonis, pyramide vero trigona: angulo uno aliove basi truncato.

362. CRYSTALLUS quarzosa simplex aggregata flavescens; planis æqualibus; pyramide hexagona: planis alternis minoribus.

Nitrum quarzofum hyalinum columnare pyramidatum. *Mus. Tess.* p. 30. *Tab. I. Fig. 1.*

CrySTALLUS quarzosa hexagona, pyramide pariter hexagona. ARGENV. *Oryctolog.* P. II. p. 164. *Tab. III. Fig. 1. 2.*

CrySTALLUS sexangula. AGRICOLA. *de Nat. Foss.* L. VI. p. 619.

CrySTALLI hexagonæ stipitatae; apice hexagono. BRÜKMANN. *Magnal.* T. I. p. 158. *Tab. III. Fig. 3.*

Germ. Einfacher zusammen gehäufte gelblichter Quarzkristall, mit gleichen Flächen, und einer sechseckigen Pyramide, deren Flächen wechselweise kleiner sind.

Habitat in P. S.

Color huic pallide topasius, longitudo 3 — 4. linearum, crassities vero duarum circiter. Sunt & columnæ nonnullæ planis alternis angustioribus.

363. CRYSTALLUS quarzosa simplex aggregata glauca subpellucida; pyramide trigona.

Germ. Einfacher zusammen gehäufte bläulichter etwas durchsichtiger Quarzkristall, mit einer dreieckigen Pyramide.

Habitat in P. S.

Columnæ vix duas lineas longæ, hexagonæ; planis alternis angustioribus.

364. CRYSTALLUS quarzosa simplex aggregata, utrinque pyramidata.

Germ. Einfacher zusammen gehäufte Quarzkristall, so beyderseits mit einer Pyramide versehen ist.

Habitat in P. S.

Specimen, quod coram habeo, constat binis fragmentis inferna facie conglutinatis ac compositis ex crySTALLIS pellucidis, puris, hexagonis; utraque extremitate in pyrami-



ramidem hexagonam exeunte. Columnæ omnes lateribus invicem coherent inæquales & spato leproso incrustatæ.

365. CRYSTALLUS quarzosa simplex aggregata pel-
lucida; pyramide trigona.

Germ. Einfacher zusammen gehäufter durchsichtiger
Quarzkristall, mit einer dreyekigen Pyramide.

Habitat in P. S.

Notanda in hoc specimine crusta ex Crystallis præ-
dictis composita, quatuor & quinque lineas crassa, su-
perinducta glebæ argillaceæ, quæ dum ex siccaretur, in va-
rias rimas dehiscere debuit; evidenti argumento, tam
crystallos, quam Glebam prædictam, olim molles fuisse.

Tab. 366. CRYSTALLUS quarzosa simplex aggregata ex
XII. uno centro rosaceæ expansa.

Fig. 6. *Germ.* Einfacher zusammen gehäufter Quarzkristall, so
sich aus dem Mittelpunkte wie eine Rose aus-
breitet.

Habitat in T. S.

Crystalli fasciculatæ, concentricæ, pellucidæ, rubedi-
ne aliqua tinctæ, sæpius prostratæ, ac pyramide trigona
terminatæ.

367. CRYSTALLUS quarzosa simplex semipedalis,
planis duobus majoribus.

Germ. Einfacher 6. Zoll langer Quarzkristall, mit zwey
größeren Flächen.

Habitat in T. S.

Planum unum majus transversim incisum Scalæ ad in-
star. Substantia hujus Crystalli fovet rudimentum alte-
rius Crystalli similiter figuratæ. Inventa fuit etiam cum
inclusa aquæ guttula mobili.

b) *Clavatæ*, s. *apice crassiores*.

Tab. 368. CRYSTALLUS quarzosa simplex clavata; planis
XII. alternis triplo latioribus; pyramide trigona: angulis ba-
Fig. 7. seos æqualiter truncatis.

Germ.

Germ. Einfacher kolbigter Quarzkristall; mit wechselweise dreymal breiteren Flächen, und einer dreyeckigen Pyramide, deren Winkel am Grunde gleich abgestumpft sind.

Habitat in T. S.

Sensim latefcit cunei adinstar & plana angustiora æqualia possidet, uncialis, pellucida, excolor.

369. CRYSTALLUS quarzosa simplex clavata pyramidalis.

Tab.
XII.
Fig. 8.

Germ. Einfacher kolbigter pyramidenförmiger Quarzkristall.

Habitat in T. S.

Columna convergens, hexagona, tandem prismatica sustinet clavam, seu crystallum pellucidam, cui Columna hexagona lineas duas longa; planis æqualibus, nec non pyramis pariter hexagona; planis de more trigonis at nulli truncatis.

370. CRYSTALLUS quarzosa simplex clavata: clava unilateralis basi acuminata.

Tab.
XII.
Fig. 9.

Germ. Einfacher kolbigter Quarzkristall, mit einem einseitigen an der Grundfläche zugespitzten Kolben.

Habitat in T. S.

Crystallus hexagona; planis alternis angustioribus & convergentibus, sustinet Capitulum crassum, cujus columna plana gerit inæqualia, qualia etiam pyramis habet, quæ nunc apice truncata est, nunc vero acuminata. Clava hæc uno tantum latere subjectæ columnæ insidet, ita, ut planum ejus unum vel aliud vix elatius sit contiguo plano insidentes Capituli. Porro hujus basis non plana, sed eo latere, quo magis distat a Columna, productior est & elongata, ibidemque non raro acuminata, seu nova quasi pyramide instructa.

371. CRYSTALLUS quarzosa simplex clavata: clava basi uno latere elongata; planis alternis scrobiculatis.

Tab.
XII.
Fig. 10

Quar-



Quarzum crystallisatum album hexaedrum clavatum.

BORN. *Mus.* p. 22. *Tab.* II. *Fig.* 4. huc pertinet.

Germ. Einfacher kolbigter Quarzkristall, mit einem an der Grundfläche auf einer Seite verlängerten Kolben, dessen Flächen wechselweise ausgefressen sind.

Habitat in P. S.

Columna basi lacteo-nebulosa, clava vix longior; planis alternis modice convergentibus. Clavæ plana omnia inæqualia, alterna tamen multo latiora & in medio erosa. Pyramis trigona: angulis truncatis.

Tab. 372. CRYSTALLUS quarzosa simplex duplicato-clavata: clava planis pyramidalibus senis scrobiculatis.
XII.
Fig. 11 *Germ.* Einfacher doppelt kolbigter Quarzkristall, mit 6. ausgefressenen Pyramidalflächen.

Habitat in T. S.

Columna lactea, subpellucida, Spato albo incrustata, uncialis, calamo scriptorio crassior. Clava inferior angustior, semiuncialis, pellucens, uno aliove plano Spato pariter obducta. Clava superior planis columnaribus alternis duplo certe latioribus & scrobiculatis; pyramidalibus vero senis, inæqualibus & plerisque trigonis. Apex truncatus in aciem acutam exit.

373. CRYSTALLUS quarzosa simplex clavata: clava columna duplo longiore.

Germ. Einfacher kolbigter Quarzkristall, mit einem Kolben, der zweymal länger als die Säule ist.

Habitat in P. S.

Prisma semiunciale; planis 6. subæqualibus, sustinet clavam uncialem, pellucidam, terminatam pyramide trigona.

Tab. 374. CRYSTALLUS quarzosa simplex clavata petiolata: petiolo brevi angulato opaco lacteo.
XII.
Fig. 12

Germ.



Germ. Einfacher kolbigter gestielter Quarzkristall, mit einem kurzen ekigten undurchsichtigen milchfärbigen Stiel.

Habitat in T. S.

Columna difformis; planis plerisque incisuris transversis Scalam referentibus instructis. Ejus apex uno latere profunde excisus ibidemque scrobiculatus, elidit tria plana pyramidis, ut ideo tria sint tantum, quorum medium tetragonum est, lateralia vero trigona. Crystallus hæc brevi columnæ tanquam petiolo gaudet eoque subhexagono. Qua parte petiolus hic subit Crystalli basim, ibidem dentes nonnulli ex infima crystalli sede prodeunt, eundemque ambiunt inæquales.

375. CRYSTALLUS quarzosa simplex clavata petiolata: petiolo brevi unolaterali subpellucido albo.

Germ. Einfacher kolbigter gestielter Quarzkristall, mit einem kurzen einseitigen etwas durchsichtigen weißen Stiele.

Habitat in T. S.

Crystallus pallide amethystino colore tincta; planis subæqualibus. Pyramis hexagona: planis inæqualibus: duobus majoribus, pentagonis; binis aliis minoribus, tetragonis, totidemque exiguis, subtetragonis.

376. CRYSTALLUS quarzosa simplex clavata petiolata: petiolo brevissimo tereti.

Tab.
XII.

Germ. Einfacher kolbigter gestielter Quarzkristall, mit einem sehr kurzen runden Stiele.

Fig. 13

Habitat in P. S.

Differt a priore columna ex planis non adeo irregularibus, pyramide hexagona, columnæ basi minime denticulata & petiolo teretiufculo insidente.

377. CRYSTALLUS quarzosa simplex clavata petiolata: petiolo brevissimo angulato.

Tab.
XII.

Germ. Einfacher kolbigter gestielter Quarzkristall, mit einem sehr kurzen ekigten Stiele.

Fig. 14



Habitat in T. S.

Diversa a priore petiolo diaphano, hexagono, ac planis tam columnæ, quam pyramidis magis regularibus.

378. CRYSTALLUS quarzosa simplex clavata subfessilis.

Germ. Einfacher kolbigter fast ohngesteilter Quarzkristall.

Habitat in P. S.

Videtur Crytallus ordinis primi; cum vero evidenti rudimento petioli intra lapidem sepulti gaudeat, ita huc retuli. Clava huic pellucida, pyramis hexagona, crassities vero Calami scriptorii. Spatum albidum leprosum hanc comitatur.

c) *Pyramidales. f. convergentes.*

Tab. 379. CRYSTALLUS quarzosa simplex pyramidalis
XII. crytallis parvis quarzosis concentricis coronata.
Fig. 15 *Germ.* Einfacher pyramidenförmiger Quarzkristall, mit kleinen concentrischen Quarzkristallen, die oben wie eine Krone ansitzen.

Habitat in T. S.

Pyramis hexagona subdiaphana, crytallis inæqualibus prismaticis terminata.

Tab. 380. CRYSTALLUS quarzosa simplex pyramidalis
XII. apice trigona; planis duobus a basi ad apicem usque excurrentibus.
Fig. 16

Germ. Einfacher pyramidenförmiger Quarzkristall, so an der Spitze dreyekig, und mit zweyen von unten bis oben auslaufenden Flächen versehen ist.

Habitat in T. S.

Plana alterna attenuata, alia divergentia.

Tab. 381. CRYSTALLUS quarzosa simplex pyramidalis
XIII. trigona: angulis infra apicem truncatis.
Fig. 1.

Quar-



Quarzum crystallisatum aqueum pyramidatum, columna hexaedra, pyramide trigona. BORN. *Mus.* p. 22. *Tab. II. Fig. 3.*

Germ. Einfacher pyramidenförmiger dreyeckiger Quarzkristall, mit Eken, die unter der Spitze abgestumpft sind.

Habitat in T. S.

Constat planis tribus, quæ infra apicem tria alia plana intermedia relinquunt, adeo tamen angusta, ut anguli truncati potius videantur.

382. CRYSTALLUS quarzosa simplex pyramidalis superne trigona; apice pyramide brevi terminato. *Tab. XIII.*

Germ. Einfacher pyramidenförmiger Quarzkristall, so oberwärts dreyeckig ist, und dessen Spitze sich in eine kurze Pyramide endiget. *Fig. 2.*

Habitat in T. S.

Plana inæqualia & convergentia, alterna tamen basi angustiora. Crystalli apex sustinet crystallum aliam exiguum, contiguum purissimamque, basis vero lactea & subopaca est.

383. CRYSTALLUS quarzosa simplex, pyramidalis superne pentagona; apice pyramide brevi terminato. *Tab. XIII.*

Germ. Einfacher pyramidenförmiger Quarzkristall, so oberwärts fünfeckig ist, und dessen Spitze sich in eine kurze Pyramide endiget. *Fig. 3.*

Habitat in T. S.

Crystallus subanceps, pentagona, pyramide alia brevi pariter pentagona terminata.

384. CRYSTALLUS quarzosa simplex pyramidalis: pyramide hexagona; planis inæqualibus: uno minimo. *Tab. XIII.*

Germ. Einfacher pyramidenförmiger Quarzkristall, mit einer sechsekigen Pyramide, deren Flächen ungleich sind, und von welchen eine sehr klein ist. *Fig. 4.*

Habitat in T. S.



Columna hexagona ; planis alternis duplo latioribus , sustinet pyramidem plano uno majore hexagono , binis pentagonis , aliis vero trigonis & exiguis.

- Tab. XIII. Fig. 5. 385. CRYSTALLUS quarzosa simplex pyramidalis : planis alternis attenuatis acutis , apice trigono.
Germ. Einfacher pyramidenförmiger Quarzkristall , mit wechselweise zugespitzten Flächen , und einer dreyekigen Spitze.

Habitat in P. S.

Crytalli plana alterna duplo latiora , divergentia , transversim lineata. Apex perfecte trigonus , nec ullibi truncatus.

- Tab. XIII. Fig. 6. 386. CRYSTALLUS quarzosa simplex pyramidalis ; planis alternis latioribus & convergentibus ; apice trigono obtuso.

Germ. Einfacher pyramidenförmiger Quarzkristall , mit wechselweise breiten und schmal zulaufenden Flächen auch einer stumpfen dreyekigen Spitze.

Habitat in P. S.

Plana alterna e lata basi in acumen conniventia , intermedia vero sursum latiora. Huic pyramis brevis , nec adeo acuminata ut in prioribus.

- Tab. XIII. Fig. 7. 387. CRYSTALLUS quarzosa simplex pyramidalis , columnæ ac pyramidis planis omnibus inæqualibus.

Germ. Einfacher pyramidenförmiger Quarzkristall , an dessen Säule und Pyramide alle Flächen ungleich sind.

Habitat in P. S.

Crytalli latus unum ex plano majore & utrinque alio admodum angusto attenuato ; aliud vero latus fit planis tribus , quorum medium angustissimum ac convergens , lateralia autem pentagona. Pyramidem constituunt plana quatuor , uno maximo pentagono : angulis truncatis , cæteris vero trigonis minoribusque.

388. CRYSTALLUS quarzosa simplex pyramidalis; *Tab.*
apice oblique truncato. *XIII.*

Germ. Einfacher pyramidenförmiger Quarzkristall, mit *Fig. 8.*
einer schief abgestumpften Spitze.

Habitat in T. S.

Huic plana inæqualia, apex vero irregulariter & oblique sectus.

389. CRYSTALLUS quarzosa simplex pyramidalis; *Tab.*
apice crystallo columnari terminato. *XIII.*

Germ. Einfacher pyramidenförmiger Quarzkristall, dessen Spitze sich in einen säulenförmigen Kristall endiget. *Fig. 9.*

Habitat in P. S.

Pyramis hexagona, planis omnibus convergentibus: alternis multo latioribus, sustinet Crystallum columnarem subhexagonam, pyramide tetragona terminatam.

390. CRYSTALLUS quarzosa simplex pyramidalis; *Tab.*
apice duplici Crystallo terminato. *XIII.*

Germ. Einfacher pyramidenförmiger Quarzkristall, dessen Spitze sich in einen doppelten Kristall endiget. *Fig. 10*

Habitat in P. S.

Pyramidis hujus alterni tantum convergunt anguli, apex vero sustinet Crystallum columnarem cui denuo alia similis at minor insidet.

391. CRYSTALLUS quarzosa simplex pyramidalis, *Tab.*
crystallo minore columnari terminata. *XIII.*

Germ. Einfacher pyramidenförmiger Quarzkristall, so sich in einen kleineren säulenförmigen Kristall endiget. *Fig. 11*

Habitat in P. S.

Structura huic singularis, nec cum prioribus communis; constat enim columna hexagona, quæ in apicem equidem convergit, at e medio pyramidis effert denuo aliam



pariter prismaticam hexagonam minoremque crystallum, quam terminat pyramis trigona.

392. CRYSTALLUS quarzosa simplex pyramidalis, crystallo columnari exigua terminata.

Germ. Einfacher pyramidenförmiger Quarzkristall, so sich in einen kleinen faulenförmigen Kristall endiget.

Habitat in P. S.

In eodem specimine Crystalli minores columnares pyramidatae absque insidente minore crystallo, nec non aliae in acumen exeuntes ac paulo majores, denique superius descriptae ac denuo majores.

d) *Ventricosae. f. basi & apice attenuatae.*

Tab.
XIII.
Fig. 12

393. CRYSTALLUS quarzosa simplex ventricosa; planis subaequalibus; pyramide trigona: angulis ad basim truncatis.

Germ. Einfacher bauchigter Quarzkristall, mit fast gleichen Flächen und einer dreyeckigen Pyramide, deren Ecken an der Grundfläche abgestumpft sind.

Habitat in P. S.

Basis Crystalli lacteo-nebulosa, venter excolor, superior pars flavescens. Pyramidis planum unum majus pentagonum, aliud minus pariter pentagonum, tertium vero trigonum.

Tab.
XIII.
Fig. 13

394. CRYSTALLUS quarzosa simplex ventricosa; pyramide in crystallum columnarem attenuatam exeunte.

Germ. Einfacher bauchigter Quarzkristall, mit einer in einen faulenförmigen dünn zulaufenden Kristall sich endigenden Pyramide.

Habitat in T. S.

Columna a) basi lactea & subopaca; planis alternis latioribus, tandem convergens constituit plana 6. b) tetragona & circumposita basi alterius Columnae pariter hexagonae

xagonæ c), cujus plana alterna attenuata & angustiora sunt, pyramis autem d) trigona: angulis basi truncatis.

395. CRYSTALLUS quarzosa simplex ventricosa clavata: clavæ latere uno scalari, altero in Crystallum columnarem exeunte. Tab. XIII. Fig. 14

Germ. Einfacher bauchigter kolbigter Quarzkristall, an welchem die eine Seite des Kolbens treppenförmig ist, die andere aber in einen säulenförmigen Kristall ausgeht.

Habitat in T. S.

Stipes pellucidus, hexagonus. Clava plana regularia ad basim habet, cæterum cylindrica, uno latere incisa, sicque scalam referens, alio autem Columnam efferens hexagonam: plano postico maximo, lateralibus minimis. Hanc terminat pyramis tetragona: planis omnibus trigonis, nec non posticis basi truncatis.

396. CRYSTALLUS quarzosa simplex ventricosa; columnis concentricis connatis.

Germ. Einfacher bauchigter Quarzkristall, mit concentrischen zusammen gewachsenen Säulen.

Habitat in P. S.

Crystalli unciales & quasi fasciculatæ. Ex his quædam ochra ferri inquinatæ, aliæ vero excolores sunt.

Variat Crystallis lacteis minoribus, nec coloratis.

397. CRYSTALLUS quarzosa simplex ventricosa; crystallis connatis basi erosis medio loco amethystinis.

Germ. Einfacher bauchigter Quarzkristall, mit zusammen gewachsenen Kristallen, so unten ausgefressen in der Mitte aber amethystfärbig sind.

Habitat in T. S.

Crystalli fere biunciales, infra medium crusta quarzosa hinc inde tectæ.

B. Compositæ.

Ex Crystallis pluribus alicubi connatis.



* *Irregulares. s. basi aut alio loco invicem absque Ordine coherentes.*

Tab. 398. CRYSTALLUS quarzosa composita irregularis
XIII. binis pyramidibus tetraedris terminata.
Fig. 15 *Germ.* Zusammen gesetzter unregelmässiger Quarzkristall, so sich in zwey vierflächigen Pyramiden endiget.

Habitat in T. S.

Columnæ plana 6. inæqualia, apex bifidus: segmento singulo tetraedro: plano interiore majore & subpentagono.

Tab. 399. CRYSTALLUS quarzosa composita irregularis
XIII. tribus pyramidibus terminata.
Fig. 16 *Germ.* Zusammen gesetzter unregelmässiger Quarzkristall, so in drey Pyramiden ausgeht.

Habitat in T. S.

Basis Crystalli trigona pellucida, cortice lacteo tecta, cui adsident Crystalli longitudinales imbricatæ, quarum aliquæ basi & apice pyramidatæ sunt. Superior ejusdem pars omnino pellucida, hexaedra: planis alternis triplo latioribus ac transversim striatis. Apex trifidus: segmento singulo tetra- & pentaedro: planis inæqualibus. Intra hanc columnam numerosæ lamellæ visui se se offerunt, quæ ejusdem substantiam minus diaphanam reddunt.

Tab. 400. CRYSTALLUS quarzosa composita irregularis
XIV. e medio prolifera.
Fig. 1. *Germ.* Zusammen gesetzter unregelmässiger Quarzkristall, aus dessen Mitte andere hervorschießen.
Habitat in T. S.

